This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`





Harvard College Library



From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature

FASTI PRAETORII

AB A. U. DLXXXVIII AD A. U. DCCX.

COMPOSUIT

PETRUS WEHRMANN
DR. PHIL.

BEROLINI.
APUD WEIDMANNOS.
MDCCCLXXV.

AH 7808.75

~~1254.14~~

HARVARD COLLEGE
JUL 7 1897
LIBRARY.
Constantius funds.

PATRI CARISSIMO

S.

Quicunque in cognoscendis antiquitatibus Romanis elaborarunt magnum esse momentum in annalibus magistratuum ex auctorum antiquitatumque variis monumentis restitutis positum intellexerunt. Eum laborem suscepit primus Stephanus Vinandus Pighius, cuius annales post auctoris mortem opera et studio Andreae Schotti Antverpae 1615 editi cum sagacitatem industriamque incomparabilem viri doctissimi tum audaciam atque temeritatem, qua summa in digerendis magistratibus usus sit, nobis ostendunt. Nam cum magistratus, qui neque a scriptoribus neque numis inscriptionibusve commemorantur, ex cognitione sua haud satis certa legum annalium, quarum veram rationem nuper Nipperdeius primus nos docuit (Leges annales d. R. Republik Lips. 1865), per certos annos digerere coeperit, saepissime a vero eum aberrasse atque annalium suorum fidem imminuisse per se patet. Quamvis ita sese res habeat, tamen permulti viri docti in historia Romana conscribenda vel singulorum virorum muneribus publicis exponendis Pighii auctoritatem secuti in errores eius inciderunt neque satis accurate eis, quas a Pighio saepe minus diserte prolatas esse dolemus, rationibus examinatis historiae Romanae fidem aliquatenus depravaverunt. Quorum in numero, ut exempla afferam, cum multi, qui historiam Romanam scribere conati sunt, tum Drumannus, qui praecipue in primis partibus operis sui summa doctrina subtilitateque confecti non ea qua par est cautela in coniecturas Pighii inquisivit, et Schubertus in libro, quem de aedilibus Romanorum conscripsit, referendi sunt. Sed quamquam iam dudum non omni ex parte certum illud a Pighio positum esse fundamentum annalium magistratuum cognitum est, nostra demum aetate testimoniis veterum undique collatis singulorum magistratuum fastos ex hoc solo fonte constituere viri docti

coeperunt. nam quantam utilitatem fasti, qui certis testimoniis nitantur, in se habeant facile intellegitur.

Hinc profectus primus fere Pighii annales corrigere et quae certis argumentis comprobari nequeunt ut dubia ex fastis removere instituit Simon (Fastorum Romanorum specimen Berol. 1857 Progr. Gymn. Leucoph.), in quod studium quinque tantum annorum spatium (ab anno u. 536—540) contulit. Postquam autem fastis consularibus Capitolinis in corpore inscriptionum latinarum compositis certissimum fundamentum ad aliorum magistratuum seriem liberae rei publicae tempore restituendam positum est, totam censorum seriem, qualis in fastis Capitolinis exstiterit, quantum fieri potuit, restituit de Boor (Fasti censorii Berol. 1873). Provinciarum autem Romanarum praesides alii alios in ordinem redegerunt velut Bergmann (Philol. 2 (1847) p. 641 sqq.) et Waddington (in Le Bas et Waddington voyage archéologique 3 p. 655 sqq.) Asiae provinciae, A. W. Zumpt (Commentationes epigraphicae 2 p. 151 sqq.), Macedoniae praesides, Herzog (Galliae Narbonensis historia Lips. 1864), qui Galliae Narbonensi praefuerunt. Celeberrimus denique artis epigraphicae auctor Borghesius passim de multarum provinciarum velut Bithyniae, Ciliciae, Macedoniae, aliarum praesidibus nos docuit.

Eodem modo cum ego praetorum Romanorum fastos ab anno u. 588, quo Livii annales nos deserunt, usque ad Caesaris mortem i. e. ad annum u. 710 componere in animum induxerim, quoscunque non certis testimoniis allatis Pighius illum magistratum gessisse coniecit omisi et eos tantum in fastis posui, quos praetura functos vel propraetores provinciae alicui praefuisse a scriptoribus aut inscriptionibus numisve nobis traditum est. Hac de causa etiam omnes, quos cum ad fasces summos tenendos ex legibus annalibus praeturam antea gessisse oporteat, scriptorum tamen testimoniis praetores fuisse memoriae non proditum est, silentio praetereundos esse censui; quorum permagnus est numerus. contra quotquot praetores ea qua dixi aetate nobis certis testimoniis traditi sunt, in hanc seriem omnes recepi. Non pauci autem a scriptoribus praetorii commemorantur, quorum magistratus certis quidem annis tribui non possunt, quos ubicunque consules factos esse constat ante legitimum biennii, quod inter praeturam et consulatum intercedere

debebat, intervallum praetura functos esse apparet. Hos igitur in serie praetorum ita posui, ut ipsum annum ante quem praeturam nacti esse debeant, indicarem. Itaque L. Valerium Flaccum, cuius de praetura ex Ciceronis (pro Flacco 32, 77) testimonio constat, quum a. u. 668 consul fuerit, 'ante 666' praetorem fuisse adnotavi. Quot vero annos ante 666 praetor fuerit, incertum est, cum aliquoties praetura longius decem annis a consulatu afuerit (cf. M. Valerius Messalla pr. a. u. 692 adnot.). Verum multo certius eorum praetura definiri potest, qui a scriptoribus tantummodo propraetores commemorantur, nam eos usque ad annum u. 701, quo senatus consulto quinquennium inter praeturam et administrationem provinciae interpositum est (cf. Mommsen R. Staatsr. 2, 1 p. 219), ex praetura provinciarum praesides factos esse constat. sed cum plerumque non satis certum sit, quot annos singuli provincias obtinuerint, in eis, quorum propraetura tantummodo tradita est, anno propraeturae 'paulo ante' adscripsi. Sed de provinciarum praesidibus etiam hoc monendum est usque ad Sullana tempora praetores ipsos fere semper provinciis praefuisse, quamvis iam ante hanc aetatem nonnulli propraetores ex praetura provincias obtinuerint (cf. Marquardt R. Staatsverwaltung p. 378), lege autem Cornelia a. u. 673 lata praetores praetura ipsa in urbe acta prorogato imperio ad provincias administrandas missos esse (cf. Mommsen R. Staatsr. 2, 1 p. 182). qua de causa quos propraetores provinciis praefuisse non disertis verbis a scriptoribus relatum est, eorum praeturam ante annum u. 673 semper ei anno adscribendum esse censui, quo provincias obtinuisse traditum est.

Verum ne multos, quos plerique viri docti praetores fuisse putaverunt, a me praetermissos esse censeas, addendum mihi est non paucos, qui iudices quaestionum commemorati sunt, non praetores sed quaesitores fuisse Mommsenum nuper nos docuisse, cuius disputationem (R. Staatsr. 2, 1 p. 546 sqq.) si contuleris, summo iure eos me omisisse tibi persuadebis. Haud parvam quoque difficultatem legati praetorio cum imperio contra socios bello Marsico missi praebent, qui num praeturam gesserint, prorsus incertum est; sed etiam horum, qui non praetores diserte a scriptoribus appellati sunt, in fastis praetereundos esse censui velut M. Cosco-

nium, Mamercum Aemilium, C. Baebium, alios. Praetores designatos, quos praeturam ipsam nactos non esse constat, in ordinem praetorum non esse recipiendos velut M. Porcium Catonem Licinianum certe mecum consenties. Ne vero testimoniorum moles nimium crescat, eos tantum locos, quibus opus est ut nomen praetoris aut annus, quo magistratu functus sit, definiatur, totos adscribendos duxi, ceteros breviter indicare satis habui.

Hac ratione cum fastos praetorios componere mihi proposuerim, haud ignoro nihil fere novi a me afferri, sed id tantum egi, ut omnia testimonia, quotquot mihi innotuerunt, colligerem et quae a viris doctis praesertim a Borghesio et Mommseno ingeniose excogitata hic illic laterent, in unum congererem et sententias controversas, quantum possem, diiudicarem. Quae res quam ardua et difficilis sit, quantisque chronologiae, antiquitatum, historiae difficultatibus connexa, quisquis in antiquitatibus Romanis versatur, optime cognoscet, hasque primitias meorum studiorum clementi animo eum accepturum esse spero et confido.

P. Cornelius Lentulus *pr. urban.* 588? 589? 166? 165?

Gran. Licin. p. 15 ed. Bonn. De P. Lentulo qui] erat consul cum Cn. Domitio non fuit omittendum, nam clarus vir fuit et rem publicam iuvit. ei praetori urbano senatus permisit agrum Campanum, quem omnem privati possidebant, coemeret ut publicus fieret.

aed. cur. 585 = 169 Liv. 44, 18. cos. 592 = 162.

Cum apud Livium, cuius annales in annum u. 587 desinunt, praeturae P. Lentuli mentio non fiat, praetorem eum a. u. 588 vel 589 secundum normam lege Villia annali constitutam fuisse statuendum est.

M. Pomponius. 593 161

Gell. N. A. 15, 11. C. Fannio Strabone, M. Valerio coss. (a. u. 593) senatusconsultum de philosophis et de rhetoribus (Latinis) factum est: M. Pomponius praetor senatum consuluit. cf. Suet. de gram. et rhetor. 25 ed. R.

Cn. Tremellius. 595? 596? 159? 158?

Liv. Epit. 47. Cn. Tremellio pr. multa dicta est, quod cum M. Aemilio Lepido pontifice maximo incuriose contenderat; sacrorumque quam magistratuum ius potentius fuit. lex de ambitu lata. lustrum a censoribus conditum est.

Lustrum conditum a. u. 696 cf. de Boor fasti censorii p. 19.
Mommsen, R. Staatsrecht 2, 1, p. 325.
Tremelli caussa a Livio post res a. u. 594 gestas narratur.

A. Postumius Albinus. 599 155

Cic. acad. 2, 45, 137. Legi apud Clitomachum, cum Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, Aulum Albinum, qui tum P. Scipione M. Marcello consulibus (a. u. 599) praetor esset, eum, qui cum avo tuo, Luculle, consul fuit, ... iocantem dixisse Carneadi: 'ego tibi, Carneade, praetor esse

599 155 non videor, quia sapiens non sum; nec haec urbs nec in ea civitas.' cf. Polyb. 33, 1, 5. cos. 603 = 151.

600 154 .. *Manilius* *alteram partem Hispaniae obtinuit.*

App. Iber. 56. *Τοῦ δ'αὐτοῦ χρόνου* (a. u. 600) *μέρος ἄλλο Ἰβήρων αὐτονόμων, οἳ Λουσιτανοὶ καλοῦνται, Πουνίκου σφῶν ἡγουμένου, τὰ Ῥωμαίων ὑπήκοα ἐλῄζοντο, καὶ τοὺς στρατηγοῦντας αὐτῶν, Μανίλιόν τε καὶ Καλπούρνιον Πίσωνα, τρεψάμενοι κτείνουσιν ἑξακισχιλίους, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Τερέντιον Οὐάρρωνα ταμίαν.*

M.' Manilius? cos. 605 = 149.

.. *Calpurnius Piso* *Hispaniae alteram partem obtinuit.*

App. Iber. l. l.

L. Calpurnius Piso Caesoninus? cos. 606 = 148.

601 153 .. *Mummius* *pr. Hispaniae ulter.*

App. Iber. 56. *Διαδέχεται δ'αὐτὸν* (*Πούνικον*) *ἀνὴρ ᾧ ὄνομα ἦν Καίσαρος. Οὗτος ὁ Καίσαρος Μουμμίῳ, μετὰ στρατιᾶς ἄλλης ἐπελθόντι ἀπὸ Ῥώμης, ἐς μάχην συνηνέχθη καὶ ἡττώμενος ἔφυγεν.*

L. Mummius? cos. 608 = 146.

602 152 *M. Atilius* *pr. Hispaniae ulter.*

App. Iber. 58. *Καὶ Μούμμιος μὲν τάδε πράξας* (a. u. 601) *ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην καὶ ἐθριάμβευσεν, ἐκδέχεται δ'αὐτὸν Μάρκος Ἀτίλιος.*

603 151 *Ser. Sulpicius Galba* *pr. Hispaniae ulter.*

App. Iber. 58. *Σερούιος Γάλβας ὁ Ἀτιλίου διάδοχος ..... ἐπιφαίνεται τοῖς Λυσιτανοῖς καὶ εὐθὺς ἐς μάχην ἐξέτασσε κατάκοπον τὸν στρατὸν ἔχων.* Liv. Epit. 48. (L. Lucullus cos (a. u. 603) Vaccaeos et Cantrabros et alias gentes in Hispania subegit.) Servius Sulpicius Galba praetor male adversus Lusitanos pugnavit. cf. Cic. Brut. 23, 89. Pseudo-Ascon. in divin. p. 124 Or. Val. Max. 8, 1, 2. Suet. Galba 3. Oros. 4, 21. Hist. misc. 4, 9. cos. 610 = 144.

605 149 *P. Iuventius.*

Liv. Epit. 50. Pseudophilippus in Macedonia caeso cum exercitu P. Iuventio praetore a Q. Caecilio victus captusque est et recepta Macedonia. Oros. 4, 22. L. Censorino et M. Manilio consulibus (a. u. 605) tertium Punicum bellum exortum est..... Iuventius praetor in Macedonia adversus Pseudophilippum con-

gressus cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est. cf. Flor. 1, 30 (2, 14). Eutrop. 4, 13. Hist. misc. 4, 12. Zonar. 9, 28. 605 149

C. Vetilius *pr. Hispaniae ulter.*

Liv. Epit. 52. Viriatus in Hispania primum ex pastore venator, ex venatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, totam Lusitaniam occupavit, M. Vatilium praetorem fuso eius exercitu cepit.

Vera nominis forma ab Appiano (Iber. 61) et Orosio (5, 4) tradita videtur esse C. Vetilius. in Diodori fragmentis (33, 1, 3) Vitellius nominatur. Ad annum huius praeturae definiendum praetorum in Hispania ulteriore series, qualis ex iis, qui Livium excerpserunt, restitui potest, respicienda est. cf. C. Plautius pr. 606. Claudius Unimanus pr. 607. C. Nigidius pr. 608. C. Laelius Sapiens pr. 609 adnot. Quod Mommsenus (hist. R. 2[4], p. 9 adnot.) posuit, Viriathum etiam adversus complures Hispaniae citerioris praetores pugnasse, negandum esse videtur cf. Hoffmann de Viriathi Numantinorum que bello. Berol. 1865. p. 29 sq

Q. Fabius Maximus *pr. Siciliae.*

Polyb. 36, 5 (3), 8. (a. u. 605). *Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσαν (ο ὅμηροι τῶν Καρχηδόνων) εἰς τὸ Λιλύβαιον, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς παρεδόθησαν διὰ τῶν ὑπάτων Κοΐντῳ Φαβίῳ Μαξίμῳ· συνέβαινε γὰρ τοῦτον ἐπὶ τῆς Σικελίας τετάχθαι στρατηγὸν τότε.*

Q. Fabius Maximus Aemilianus cos. 609 = 145.

Q. Caecilius Metellus Macedonicus *pr. Macedoniae.* 606 148

(Aur. Vict.) de vir. illustr. 61. Quintus Caecilius Metellus a domita Macedonia Macedonicus praetor Pseudophilippum, qui idem Andriscus dictus est, vicit. (a. u. 606 cf. Iul. Obs. 19). cf. Liv. Epit. 50. Oros. 5, 3. Eutrop. 4, 13. Flor. 1, 30 (2, 14), ubi consul dicitur. Hist. misc. 4, 13. Zonar. 9, 28. Paus. 7, 13.

cos. 611 = 143.

C. Plautius *pr. Hispaniae ulter.*

Liv. Epit. 52. Viriatus ..... M. Vatilium praetorem (a. u. 605) fuso eius exercitu cepit, post quem C. Plautius praetor nihilo felicius rem gessit. cf. Oros. 5, 4. Hist. misc. 4,15. App. Iber. 64. Diod. 33, 2.

606 148 ? *L. Hostilius Mancinus.*

App. Libyc. 110. *Ἦκε δὲ Καλπούρνιος Πίσων ὁ ὕπατος* (a. u. 606) *ἅμα ἦρι, καὶ σὺν αὐτῷ Λεύκιος Μαγκῖνος ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν.* cf. Zonar. 9, 29.

Cum L. Hostilius Mancinus a. u. 609 consul factus sit, verisimile est eum a. u. 606 praetorem classi praefuisse cf. Mommsen R. Staatsrecht 2, 1, p. 545. Borghesi oeuvres 3, p. 91.

607 147 .. *Claudius Unimanus* *pr. Hispaniae ulter.*

Oros. 5, 4. Deinde C. Plautium praetorem (a. u. 606) idem Viriathus multis proeliis fractum fugavit. Post etiam Claudius Unimanus cum magno instructu belli contra Viriathum missus, quasi pro abolenda superiore macula, turpiorem ipse auxit infamiam. cf. Flor. 1, 33 (2, 17), 16. Hist. misc. 4, 15. (Aur. Vict.) de vir. illustr. 71.

? ... *(Atilius) Serranus.*

App. Libyc. 113. *Καὶ Μαγκῖνον* (pr. a. u. 606) *μὲν αὐτίκα ἐς Ῥώμην ἔπεμψε* (P. Scipio cos. a. u. 607) — *καὶ γὰρ ἦκεν αὐτῷ Σερρανὸς ἐπὶ τὴν ναυαρχίαν διάδοχος — αὐτὸς δ'οὐ μακρὰν τῆς Καρχηδόνος ἐστρατοπέδευσεν.*

608 146 *C. Nigidius* *pr. Hispaniae ulter.*

(Aur. Vict.) de vir. illustr. 71. Viriathus .... bellum adversum Romanos sumpsit, eorumque imperatorem Claudium Unimanum (pr. a. u. 607) dein C. Nigidium oppressit.

609 145 *C. Laelius Sapiens* *pr. Hispaniae citer.*

Cic. Lael. 25, 96. Atque ut ad me redeam, (Laelius inquit) meministis, Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus (a. u. 609), quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur! .... atque id actum est praetore me, quinquennio antequam consul sum factus. Cic. de off. 2, 11, 40. (Viriathum) C. Laelius, is qui Sapiens usurpatur, praetor fregit et comminuit ferocitatemque eius ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. cf. Cic. Brut. 21, 84.

cos. 614 = 140.

Hoc anno Q. Fabius Maximus Aemilianus cos. Hispaniam ulteriorem sortitus cautius feliciusque quam praetores quattuor, qui ante eum contra Viriathum pugnaverant, bellum adversus Viriathum suscepit (cf. Diod. 33, 1.

App. Iber. 65. Liv. Epit. 52) et sequenti anno proconsul imperio prorogato de Viriatho victoriam reportavit. 609 145

Q. Marcius Rex *pr. urbanus.* 610 144

Front. de aq. 7 p. 5 ed. Buech. Ser. Sulpicio Galba Lucio Aurelio Cotta consulibus (a. u. 610) .... datum est a senatu negotium Marcio, qui tum inter cives ius dicebat, eorum (Appiae Anienisque) ductuum reficiendorum ac vindicandorum; ..... et quoniam ad consummandum negotium non sufficiebat spatium praeturae, in annum alterum prorogatum. Plin. H. N. 36, 24, 121. Q. Marcius Rex, iussus a senatu aquarum Appiae, Anienis, Tepulae ductus reficere, novam a nomine suo appellatam cuniculis per montis actis intra praeturae suae tempus adduxit. cf. id. 31, 24, 41. Mommsen Münzwesen p. 641 n. 290.

.. *Licinius Nerva* *pr. Macedoniae.* 611 143

Varro de r, r. 2, 4. Avus meus (Tremellius inquit) primum appellatus est Scrofa, qui quaestor cum esset Licinio Nervae praetori in Macedonia provincia relictus, qui praeesset exercitui, dum praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Liv. Epit. 53. Appius Claudius cos. (a. u. 611) Salassos, gentem Alpinam, domuit. alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est.

.. *Quinctius* *pr. Hispaniae ulter.*

App. Iber. 66. (a. u. 611.) *Οὐριάθος μὲν ἐπὶ θάτερα τῆς Ἰβηρίας ἑτέρῳ στρατηγῷ Ῥωμαίων Κοΐντλῳ συνεπλέκετο, καὶ ἡσσώμενος εἰς τὸ Ἀφροδίσιον ὄρος ἀνέστρεφεν.*

Drumannus (4 p. 307 n. 3) coniecturam Pighii (2 p. 471) secutus Q. Pompeium A. f. a. u. 611 propraetore successisse Q. Fabio Maximo Aemiliano proconsuli statuit. contra recte Mommsenus (hist. R. 2[6] p. 11) Quinctium praetorem bellum adversus Viriathum a. u. 611 suscepisse dixit.

L. Hostilius Tubulus *quaestionem inter sicarios exercuit.*

Cic. ad Att. 12, 5, 3. Tubulum praetorem video L. Metello Q. Maximo coss. (a. u. 612). cf. Cic. de fin. 2, 16, 54. Ascon. in Scaurianam p. 20. Mommsen, Münzwesen p. 513 n. 76. 612 142

D. Iunius Silanus Manlianus *pr. Macedoniae.*

Liv. Epit. 54 (a. u. 613). Cum Macedonum legati questum de

612
142 D. Iunio Silano praetore venissent, quod acceptis pecuniis provinciam spoliasset, et senatus de querellis eorum vellet cognoscere, T. Manlius Torquatus, pater Silani, petiit impetravitque ut sibi cognitio mandaretur; et domi causa cognita filium condemnavit abdicavitque; ac ne funeri quidem eius, cum suspendio vitam finisset, interfuit sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius procos (a. u. 613) rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriato aequis condicionibus facta. cf. Cic. de fin. 1, 7, 24. Val. Max. 5, 8, 3.

615
139 *L. Valerius Flaccus* *pr. urban.*

Joseph. Ant. 14, 8, 5. *Λεύκιος Οὐαλέριος Λευκίου υἱὸς στρατηγος συνεβουλεύσατο τῇ συγκλήτῳ εἰδοῖς Δεκεμβρίαις ἐν τῷ τῆς ὁμονοίας ναῷ κτλ.* cos. 623 = 131.

Ad hunc annum S. C. a Josepho falso loco relatum referendum esse Ritschelius (Mus. Rhen. 28 [1873] p. 601 sqq. et 29 [1874] p. 344) et Mendelssohn (de senati consulti Romanorum ab Josepho antiqu. 14, 8, 5 relati temporibus. diss. Lips. 1873) docuerunt, neque iis, quae a Mommseno (Hermes 9 [1875] p. 281 sqq.) nuper contra prolata sunt, eorum argumenta refutata mihi esse videntur.

Cn. Cornelius Scipio Hispanus *pr. peregrin.*

Val. Max. 1, 3, 3. Cn. Cornelius Hispalus praetor peregrinus M. Popilio Laenate L. Cornelio coss. (a. u. 615) edicto Chaldaeos citra decimum diem abire ex urbe atque Italia iussit e. q. s.

Est is cuius titulus extat C. I. L. 1, p. 21 n. 38.

617
137 *M. Claudius.*

Iul. Obseq. 24 ed. Jahn. M. Aemilio C. Hostilio Mancino coss. (a. u. 617) ..... Tarracinae M. Claudius praetor in nave fulmine conflagravit.

618
136 *P. Mucius Scaevola.*

Cic. ad Att. 12, 5, 3. Nunc velim, P. Scaevola, pontifex maximus, quibus consulibus tribunus pl.: equidem puto proximis Caepione et Pompeio; praetor enim L. Furio Sex. Atilio (a. u. 618). cf. ad Her. 2, 13, 19.

cos. 621 = 133.

M. Cosconius *pr. Macedoniae* 619 135

Liv. Epit. 56. Fulvius Flaccus cos. (a. u. 619) Vardeos in Illyrico subegit. M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnavit.

L. Plautius Hypsaeus *pr. Siciliae* fortasse 615 = 139. ante 620 134

Diod. 34, 2, 18. *Ἡμέραι ἐγγὺς ἦσαν ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως τριάκοντα. καὶ μετὰ βραχὺ ἐκ Ῥώμης ἥκοντι στρατηγῷ Λευκίῳ Ὑψαίῳ, ἔχοντι στρατιώτας ἐκ Σικελίας ὀκτακισχιλίους, εἰς πόλεμον κατασιάντες οἱ ἀποστάται ἐνίκησαν, πλῆθος ὄντες δισμύριοι.* Flor. 2, 7 (3, 19), 7. Illud quoque ultimum dedecus belli (servilis Euno duce in Sicilia gesti), capta sunt castra praetorum — nec nominare ipsos pudebit, castra Manlii Lentuli Pisonis Hypsaei. Liv. Epit. 56. Bellum servile in Sicilia ortum cum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fulvio cos. (a. u. 620) mandatum est.

.. *Calpurnius Piso* *pr. Siciliae* fortasse 616 = 138.

Flor. l. l.

.. *Cornelius Lentulus* *pr. Siciliae* fortasse 617 = 137.

Flor. l. l.

.. *Manlius* *pr. Siciliae* fortasse 618 = 136.

Flor. l. l.

Ita hanc seriem praetorum Siciliae a Floro inverso ordine traditam restituendam esse Lehmann (Philol. 22 (1865) p. 711 sqq.) docuit.

P. Popilius Laenas *pr. Siciliae* fortasse 619 = 135.

C. I. L. 1 p. 154 n. 551. (P. Popilius C. f. cos.) viam fecei ab Regio ad Capuam ..... et eidem praetor in Sicilia fugiteivos Italicorum conquaeisivei redideique homines DCCCCXVII. e. q. s.

Pertinere hunc titulum ad cos. a. u. 622 pr. c. a. u. 619 demonstrarunt Mommsenus et Ritschelius (mon. epigr. tria p. 10—14 et C. I. L. 1 p. 154 sq.).

C. Fannius *pr. urban.* 621 133

Joseph. antiqu. 13, 9, 2. *Φάνιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Φεβρουαρίων ἐν Κομιτίῳ κτλ.*

Praeturam C. Fanni Mendelssohn (de senati consultis Romanorum ab Josepho antiqu. 13, 9, 2; 14, 10, 22 relatis commentatio. Lips.

621
133 1874) anno u. 621 verissime tribuit atque ab eodem Fannio litteras commendaticias, quas Joseph. antiqu. 14, 10, 15 servavit, scriptas esse accurate explicuit.

622
132 *C. Sempronius Tuditanus.*

Cic. ad Att. 13, 32, 3. De C. Tuditano .. quaerebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in decem; eum video in Libonis praetorem P. Popilio P. Rupilio coss. (a. u. 622). annis XIIII ante, quam praetor factus est, legatus esse non potuit. cf. Cic. ad Att. 13, 30, 3. cos. 625 = 129.

627? 628?
127? 126? *M. Licinius Crassus.*

Cic. de or. 1, 36, 166. 'Potes igitur', inquit Crassus,' ... oratores putare eos, quos multas horas exspectavit, cum in campum properaret, et ridens et stomachans Scaevola (cos. a. u. 621), cum Hypsaeus maxima voce, plurimis verbis a M. Crasso praetore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret, Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet e. q. s.

Cn. Octavius quidem, cos. a. u. 626, homo consularis a Cicerone appellatur, Hypsaeus autem, qui a. u. 629 fasces tenuit, cum non eodem modo significetur, M. Licinius Crassus praetura inter annos u. 626 et 629 i. e. aut a. u. 627 aut 628 functus esse videtur. nullo alio testimonio nisus Pighius (3 p. 141) praeturam Crassi a. u. 647 (646 Varr.) tribuit, quem Drumannus (4 p. 70 n. 31) secutus est.

629
125 *L. Opimius.*

Liv. Epit. 60. M. Fulvius Flaccus (cos. a. u. 629) primus Transalpinos Ligures domuit bello ... L. Opimius praetor Fregellanos, qui defecerant, in deditionem accepit, Fregellas diruit. Iul. Obseq. 30. M. Plautio M. Fulvio coss. (a. u. 629) ..... Fregellae, quae adversus Romanos coniuraverunt, dirutae. cf. Cic. in Pison. 39, 95. Ascon. ad l. l. p. 15. Cic. pro Plancio 29, 70. de inv. 2, 34, 105. Vellei. 2, 6, 4. cos. 633 = 121.

paulo ante 631
123 .. *Fabius* *a. u. 631 propr. unam ex Hispaniis obtinuit.*

Plut. C. Gracch. 6 (a. u. 631). *Συνεβούλευε δ'ἀεί τι (Γράκχος) τῶν ἐκείνῃ πρεπόντων εἰσηγούμενος. οἷον ἦν καὶ τὸ περὶ τοῦ σίτου δόγμα μετριώτατον καὶ κάλλιστον, ὃν ἔπεμψε μὲν ἐξ Ἰβηρίας Φάβιος ἀντιστράτηγος, ἐκεῖνος (Γράκχος) δ'ἔπεισε τὴν βου-*

λὴν ἀποδομένην τὸν σῖτον ἀναπέμψαι ταῖς πόλεσι τὸ ἀργύριον καὶ προσεπαιτιάσασθαι τὸν Φάβιον ὡς ἐπαχθῆ καὶ ἀφόρητον ποιοῦντα τὴν ἀρχὴν τοῖς ἀνθρώποις. paulo ante 631 123

Q. Fabius Maximus Allobrogicus cos. 633 = 121.

Sex. Iulius Caesar *pr. urbanus?* 631 123

Cic. de domo 53, 136. Quid? cum Licinia virgo Vestalis ..... T. Flaminino Q. Metello consulibus (a. u. 631) aram et aediculam et pulvinar sub Saxo dedicasset, nonne eam rem ex auctoritate senatus ad hoc conlegium Sex. Iulius praetor rettulit? cf. ad Her. 2, 13, 19.

Q. Mucius Scaevola *Asiam obtinuit.* 633? 634? 121? 120?

Cic. de or. 2, 67, 269. Noster Scaevola Septumuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum impensum, rogante, ut se in Asiam (cf. de or. 1, 17, 75 cum ego praetor Rhodum venissem) praefectum duceret 'quid tibi vis', inquit, 'insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego hoc confirmem, si Romae manseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse venturum.' cf. de fin. 1, 3, 8. cos. 637 = 117.

C. Gracchus occisus est initio a. u. 633 (Liv. Epit. 61), itaque Scaevola, qui a. u. 637 consul factus est, praetura a. u. 633 vel. 634 functus est.

? Q. Fabius Maximus. 635 119

Cic. de or. 1, 26, 121. 'Adulescentulus' (Crassus inquit) 'sic initio accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continuo consilium dimiserit, simul ac me fractum ac debilitatum metu viderit.'

De ea accusatione Crassus loqui videtur, qua adulescentulus a. u. 635 C. Papirium Carbonem consularem virum insecutus est (Cic. de or. 2, 40, 170. 3, 20, 74). Q. Fabius Maximus, qui huic quaestioni praefuit, potest esse Q. Fabius Maximus Eburnus cos. 638 = 116.

M. Aemilius Scaurus. ante 636 118

(Aur. Vict.) de vir. illustr. 72. Marcus Aemilius Scaurus .... aedilis iuri reddendo magis quam muneri edendo studuit. Praetor Jugurthae adversus, tamen eius pecunia victus.

Cum Scaurus consulatum anni u. 638 petierit, post a. u. 635 praetor fuisse non potest; singuli Scauri magistratus certis quidem annis tri-

ante 636
118 bui non possunt, sed cum circa annum u. 591 natus (Ascon. in Scaur. p. 19) sub L. Aurelio Oreste consule (a. u. 628) in Sardinia quaestor vel pro quaestore stipendia fecerit, et postea aedilitate functus sit (Aur. Vict. l. l.) praetor paucis annis ante consulatum factus esse videtur. statuendum igitur est eum a. u. 634 vel 635 praetura functum esse.

cos. 639 = 115.

637
117 *Sex. Pompeius* *pr. Macedoniae.*

Decretum Letensium in Revue archéologique 16, 1 (1875) p. 6 sqq. *Ἔτους ϑ' καὶ κ'. Πανήμου κ'. . . . . Ἐπεὶ Μάαρκος Ἄννιος Ποπλίου υἱὸς, ... ἀποσταλεὶς ταμίας ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων ἐπὶ τὰ κατὰ Μακεδονίαν πράγματα . . . . . ἐν δὲ τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τοῦ τῶν Γαλατῶν ἔθνους συναχθέντος . . . . ἐψ' οὓς καὶ ἐκπορευϑέ[ντ]ος Σέξτου Πομπηΐου τοῦ στραιηγοῦ καὶ παραταξαμένου μετὰ [τ]ῶν ἰδίων στρατιωτῶν, ὃν καὶ συνβάντος ἐν τῇ μάχῃ τελευτῆσαι κτλ.*

Decretum illud nuperrime repertum factum est mensis panemi die 20 anni 29; respondere id initio mensis Julii a. u. 637 ducuit Duchesne revue archéol. l. l. Sex. Pompeius praetor idem esse videtur, quem Pighius (3 p. 69) a. u. 633 praetura functum esse nulla ratione addita coniecit. cf. Drumann 4 p. 316 n. 16.

ante 639
115 *C. Caecilius Metellus Caprarius.*

Cic. de fin. 5, 27, 82. Q. Metellus . . tris filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum autem praetorem, eosque salvos reliquit. Vellei. 1, 11, 7. Mortui eius (Q. Metelli Macedonici) lectum pro rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est. cf. Val. Max. 7, 1, 1. Plin. H. N. 7, 45, 142.

Q. Metellus Macedonicus mortuus est a. u. 639 (Vellei. l. l.), ergo quartus eius filius C. Caecilius Metellus Caprarius ante hunc annum praetor fuit; idem consulatu a. u. 641 functus simul cum Marco fratre a. u. 643 triumphavit. (Vellei. 2, 8, 2. cf. C. I. L. 1 p. 460).

639
115 *P. Decius.*

(Aur. Vict.) de vir. illustr. 72. M. Aemilius Scaurus consul (a. u. 639) . . . . . P. Decium praetorem transeunte ipso sedentem iussit adsurgere eique vestem scidit, sellam concidit: ne quis ad eum in ius iret edixit.

C. Marius. 639 115

Cic. de off. 3, 20, 79. C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam iaceret neque petiturus umquam consulatum videretur, Q. Metellum . . . . apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere; . . . . itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit. cf. Plut. Mar. 5. Val. Max. 6, 9, 14. elog. Mari C. I. L. 1 p. 290.

Marquardt (R. Staatsverw. 1, 378) praeturam eius anno u. 640 tribuit.

propr. Hispaniae ulter. a. u. 640.

Plut. Mar. 6. *Μετὰ δὲ τὴν στρατηγίαν κλήρῳ λαβὼν τὴν ἐκτὸς Ἰβηρίαν λέγεται καθᾶραι λῃστηρίων τὴν ἐπαρχίαν.*

cos. 647 = 107.

M. Livius Drusus *pr. urban.* ante 640 114

Auct. ad Her. 2, 13, 19. M. Drusus praetor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit, Sex. Iulius non reddidit. cf. Cic. ad Att. 7, 2, 8. tr. pl. fuit 632 = 122. Cic. Brut. 28, 109. cos. 642 = 112.

? *M. Papirius Carbo* *Siciliam obtinuit.* c. 640 114

Cic. ad fam. 9. 21, 3. Tres illi fratres fuerunt C. Cn. M. Carbones: Marcus P. Flacco accusante condemnatus est. fur magnus ex Sicilia; Gaius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus pl. seditiosus et P. Africano vim attulisse existimatus est.

cf. denarios apud Mommsenum (Muenzwesen p. 561 n. 157).

Cum C. Papirius Carbo consul a. u. 634 et Cn. Carbo a. u. 641 consul fuerit, tertius frater, qui consulatum nactus non est, circa annum u. 640 praetorio imperio Siciliam provinciam obtinuisse videtur.

L. Calpurnius Piso Frugi *pr. unam ex Hispaniis obtinuit.* 642 112

Cic. in Verr. 4, 25, 56. Sunt vestrum aliquam multi, qui L. Pisonem cognorunt, huius L. Pisonis, qui praetor fuit (a. u. 680), patrem: ei, cum esset in Hispania praetor, qua in provincia occisus est etc. App. Iber. 99. *Χρόνῳ δ' ὕστερον, ἀποστάσεων ἄλλων ἐν Ἰβηρίᾳ γενομένων, Καλπούρνιος Πίσων στρατηγὸς ἡρέθη. καὶ αὐτὸν διεδέξατο μὲν Σερούϊος Γάλβας* (a. u. 643),

642
112 *Κίμβρων δ' ἐπιστρατευόντων τῇ Ἰταλίᾳ, καὶ Σικελίας πολεμουμένης τὸν δεύτερον δουλικὸν πόλεμον, στρατιὰν μὲν ἐς Ἰβηρίαν οὐκ ἔπεμπον ὑπ' ἀσχολίας, πρέσβεις δὲ ἀπέστελλον, οἵ τὸν πόλεμον ἔμελλον ὅπῃ δύναιντο καταθήσεσθαι.*

ante 643
111 *L. Valerius Flaccus.*

Cic. divin. in Q. Caecil. 19, 63. Nominis deferendi potestas est data neque M. Aurelio Scauro (quaestori) in L. Flaccum (praetorem suum) neque Cn. Pompeio in T. Albucium. cf. Pseudo-Ascon. ad l. l. p. 123 Or.

M. Aurelius Scaurus consulatu functus est a. u. 646, quaestor igitur ante annum u. 643 fuit.

643
111 *L. Cassius Longinus.*

Sall. Iug. 32, 1. Memmius (trib. pl. a. u. 643 cf. Iug. 27, 2) populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum praetor erat ad Iugurtham mitteretur. cos. 647 = 107.

Ser. Sulpicius Galba *pr. alteram partem Hispaniae obtinuit.*

App. Iber. 99. v. s. L. Calpurnius Piso Frugi pr. a. u. 642. cos. 646 = 108.

644
110 *Q. Servilius Caepio* *pr. Hispaniae ulter.*

Eutrop. 4, 27. A M. Iunio Silano collega Q. Metelli Cimbri in Gallia et a Minucio Rufo (cos. a. u. 644) in Macedonia Scordisci et Triballi, et a Servilio Caepione in Hispania Lusitani victi sunt. cf. Val. Max. 6, 9, 13. Iustin. 32, 3. Hist. misc. 4, 34. cos. 648 = 106.

649
105 *L. .... onius* *pr. urban.*

S. C. de foedere Astypalaeensi C. I. Gr. 2485 v. 15 sqq. *Ἐπὶ ὑπάτ[ω]ν Ποπλί[ου Ῥουτιλίου] Ποπλίου υἱοῦ καὶ [Γνα]ίου Μαλλίου Γναίου υἱοῦ* (a. u. 649), *[στρατηγῶν δὲ κατὰ πόλιν] Λευκίου .... ωνίου Λευκίου υἱοῦ, [ἐπὶ τῶν ξένων] ..... Ποπλίου υἱοῦ, [μηνὸς] .....*

Possumus cogitare de Cosconio, Antonio, Voconio, Petronio, Apronio cet.

L. Bellienus.

Sall. Iug. 104, 1 (a. u. 649 cf. Mommsen hist. R. 2[6] p. 146 adnot.). Marius ubi infecto quo intenderat negotio Cirtam rediit

et de adventu legatorum certior factus est, illosque et Sullam ab Utica venire iubet, item L. Bellienum praetorem. 649 105

T. Albucius propr. Sardiniae a. u. 650. paulo ante 650 104

Cic. div. in Q. Caecil. 19, 63. Nominis deferendi potestas est data neque M. Aurelio Scauro in L. Flaccum neque Cn. Pompeio (quaestori a. u. 650) in T. Albucium (praetorem suum). cf. Pseudo-Ascon. ad l. l. p. 123 Or. Cic. de prov. cons. 7, 15, ubi propraetor appellatur. in Pison. 38, 92. de off. 2, 14, 50. pro Scauro 18, 40. cf. Drumann 4 p. 318.

C. Sextius Calvinus. c. 650 104

C. I. L. I p. 185 n. 632. Sei deo sei deivae sac. C. Sextius C. f. Calvinus pr. de senati sententia restituit.

Hunc titulum filio consulis a. u. 630 notoque Glauciae praetoris (a. u. 654) adversario (Cic. Brut. 34, 130; de orat. 2, 61, 249) attribuendum esse putat Mommsenus l. l.; praetura igitur circa medium saeculum VII Calvinus functus est.

T. Flaminius Siciliam obtinuit.

Strabo 6, 2, 11. *Ποσειδώνιος δὲ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ μνήμην φησί.....τόν τε τῆς Σικελίας στρατηγὸν, Τίτον Φλαμίνιον δηλῶσαι τῇ συγκλήτῳ, τὴν δὲ πέμψασαν ἐκθύσασθαι ἔν τε τῷ νησιδίῳ καὶ ἐν Λιπάραις τοῖς τε καταχθονίοις θεοῖς καὶ τοῖς θαλαττίοις.*

Cn. Aufidius.

Cic. Tusc. 5, 38, 112. Pueris nobis Cn. Aufidius praetorius et in senatu sententiam dicebat nec amicis deliberantibus deerat et Graecam scribebat historiam et videbat in litteris. cf. de fin. 5, 19, 54.

Ad eum titulus Andri C. I. Gr. 2349 b, quo *ἀντιστράτηγος τῆς Ἀσίας* appellatur, pertinere videtur. Bergmann (Philol. 2 [1847] p. 650) et Waddington (fastes des provinces Asiatiques p. 666) eum c. a. u. 647 propraetorem Asiae fuisse ex l. l. coniecerunt, sed tam certo temporis spatio praeturam Aufidi tribuere non possumus, id tantum statuendum est medio saeculo VII praetura eum functum esse.

(P.) Licinius Nerva pr. Siciliae. 650 104

Diod. 36, 3, 2. *Τῆς δὲ συγκλήτου ψηφισαμένης ὅπως μηδεὶς σύμμαχος ἐλεύθερος ἐν ἐπαρχίᾳ δουλεύῃ καὶ τῆς τούτων ἐλευ-*

650
104 θερώσεως οἱ στρατηγοὶ πρόνοιαν ποιῶνται, τότε κατὰ τὴν Σικελίαν ὢν στρατηγὸς Λικίνιος Νερούας ἀκολούθως τῷ δόγματι συχνοὺς τῶν δούλων ἠλευθέρωσε. cf. Dio fr. 93.

Ab eo fortasse cusi sunt denarii apud Mommsenum (Münzwesen p. 544 n. 146). cf. adnotationem ad C. Servilium pr. a. u. 652.

651
103 *L. Licinius Lucullus* *pr. Siciliae.*

Flor. 2, 7 (3, 19), 11. Ab hoc (Athenione) quoque praetorii exercitus fusi, capta Servili castra, capta Luculli. Diod. 36, 2, 5. Τῆς δ'ἀποστάσεως εἰς Ῥώμην ἀπαγγελθείσης, ἡ σύγκλητος ἐμφρόνως περὶ αὐτῆς ἐβουλεύσατο καὶ κατώρθωσε. τῶν γὰρ κατὰ πόλιν στρατηγῶν ἀπέδειξεν ἕνα πρὸς τὴν τῶν δραπετῶν σύλληψιν, Λεύκιον Λούκουλλον. cf. Diod. 36, 8 et 9.

cf. adnotationem ad C. Servilium pr. a. u. 652.

paulo ante 652
102 *M. Antonius* *pr. a. u.* 651?

Liv. Epit. 68 (a. u. 652) M. Antonius praetor in Ciliciam [maritimos praedones id est] piratas persecutus est. cf. Iul. Obs. 44.

Antonium vero non praetorem sed pro consule contra piratas missum esse, testatur ipse apud Cic. de orat. 1, 18, 82. cf. Brut. 45, 168.

cos. 655 = 99.

652
102 *C. Servilius* *pr. Siciliae.*

Flor. 2, 7 (3, 19), 9. Vixdum respiraverat insula (Sicilia ex bello ab Euno gesto) cum statim Servilio praetore a Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor interfecto domino familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Diod. 36, 9. Γάϊος δὲ Σερουίλιος καταπεμφθεὶς στρατηγὸς διάδοχος Λουκούλλου οὐδ' αὐτός τι ἄξιον μνήμης ἔπραξε.

Quomodo L. Licinius Lucullus et C. Servilius praetores sibi successerint, dubium est, cum Florus et Diodorus, qui soli duces Romanos contra servos fugitivos in Siciliam missos nominant inter se dissentire videantur. Sed maiorem fidem Diodoro, qui accuratius hunc motum tractavit, habendam esse censeo. Quid Mommsenus velit nescio, nam et L. Lucullum et P. Nervam a. u. 651 Siciliae praesides fuisse atque C. Servilium Lucullo antecessisse contendit (Münzwesen p. 536 et p. 544), qui (hist. R. 2[6] p. 136) L. Lucullum pr. a. u. 651 in Siciliam adversus servos fugitivos missum esse eique C. Servilium successisse narrat. Si Diodori verba legimus dubium non esse potest, quin C. Servilius Luculli

successor fuerit, et cum idem scriptor M'. Aquillium consulem (a. u. 653) bellum a C. Servilio male gestum suscepisse et ad finem peregisse addat, inde ad antecedentes praetores retro computare possumus. Diodorus autem (36, 10, 3) commemorat quattuor fere annos contra servos in Sicilia pugnatum esse; quocum consentaneum est hos quattuor duces Romanos bellum gessisse: P. Licinium Nervam (pr. a. u. 650), quo auctore novi servorum motus eruperunt, tum L. Licinium Lucullum (pr. a. u. 651) et C. Servilium (pr. a. u. 652), qui malo contra fugitivos pugnaverunt, deinde M'. Aquillium consulem (a. u. 653), quo duce bellum servile finitum est. 652 102

? *D. Iunius Silanus Hispaniam ulteriorem obtinuit pr.?* 653 101

Sex. Ruf. 4. Rebellantes Lusitanos in Hispania per Decimum Brutum continuimus. Post ad Hispanos tumultuantes D. Iunius Silanus cum exercitu missus eos vicit. Iul. Obs. 44. [C. Mario M'. Aquilio coss. (a. u. 653)] .... Lusitanis devictis Hispania ulterior pacata. Cimbri deleti.

D. Silanum praetorem vel propraetorem contra Lusitanos pugnasse verisimile est; cf. Borghesi (oeuvres 5 p. 170 sq.), qui lacuna apud Obsequentem neglecta propraeturam Silani anno u. 652 tribuit.

T. Didius pr. Macedoniae. ante 654 100

Flor. 1, 38 (3, 4), 5. Didius vagos et libera populatione diffusos intra suam reppulit Thraciam. cf. Euseb. Chronic. Ol. 170, 2. Cic. in Pison. 25, 61.

Quo anno T. Didius victoriam a Floro falso loco relatam de Scordiscis reportaverit incertum est; sed ante consulatum, quo a. u. 656 functus est, cum Macedoniae, ex qua provincia triumphavit (Cic. in Pison. 25, 61), praefuisse, statuendum est, cum proconsul Hispaniam citeriorem provinciam sortitus a. u. 661 secundum triumphum egerit (fast. triumph. Capitol. C. I. L. 1 p. 460). cf. Borghesi oeuvres 1 p. 97. 2 p. 247.

C. Servilius Glaucia. 654 100

Cic. in Cat. 1, 2, 4. Simili senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus (a. u. 654) est permissa res publica: num unum diem postea L. Saturninum tribunum plebis et C. Servilium praetorem rei publicae poena remorata est? cf. Cic. Phil. 8, 5, 15. pro Rabir. perduell. reo 7, 20. Brut. 62, 224. Val. Max. 3, 2, 18. Liv. Epit. 69. Oros. 5, 17, Hist. misc. 5, 4. (Aur. Vict.) de vir. illustr. 73. Vellei. 2, 12, 6. App. b. c. 1, 28. C. I. L. 1 p. 290, elog. 33.

654? 655? 100? 99? *Q. Mucius Scaevola* *propr. Asiam obtinuit a. u. 655? 656?*

Diod. 37, 5, 1. *Κόιντος Σκαιονόλας ... ἐκπεμφθεὶς .. εἰς τὴν Ἀσίαν στρατηγὸς, ἐπιλεξάμενος τὸν ἄριστον τῶν φίλων σύμβουλον Κόιντον Ῥουτίλιον μετ' αὐτοῦ συνήδρευε βουλευόμενος καὶ πάντα διατάττων καὶ κρίνων τὰ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν.* Liv. Epit. 70. P. Rutilius vir summae innocentiae, quoniam legatus Q. Muci procos. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat, invisus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. cf. Cic. in Verr. 3, 90, 209. ad Att. 6, 1, 15. ibid. 5, 17, 5. Pseudo-Ascon. in divin p. 122 Or. in Verr. 2 p. 210 Or. Scaevola tr. pl. a. u. 648. aed. cur. a. u. 651.

cos. 659 = 95.

L. Licinius Crassus.

Cic. Brut. 43, 161. 'Ita prorsus', inquit Brutus, 'sed ne de Scaevolae quidem tribunatu quicquam audivisse videor et eum conlegam Crassi credo fuisse.' 'Omnibus quidem aliis' inquam 'in magistratibus, sed tribunus anno post fuit eoque in Rostris sedente suasit Serviliam legem Crassus. cos. 659 = 95.

paulo ante 655 99 *L. Cornelius Dolabella propr. Hispaniam ulter. obtinuit a. u. 655.*

Acta triumph. Capitol. C. I. L. 1 p. 460 a. u. 656. L. Cornelius L. f. L. n. Dolabella procos. a. DCLV ex Hispania ulterior. de Lusitan V. K. Feb.

Cum in consulum fastis hac aetate L. Cornelius Dolabella non legatur, propr. ex Hispania ulteriore provincia triumphavit.

ante 658 96 *C. Coelius Caldus* *Hispaniam citeriorem obtinuit.*

Hunc Hispaniam citeriorem provinciam praetorem obtinuisse ex denariis Coeliae familiae collegit Borghesi oeuvres 1 p. 327.

cos. 660 = 94.

L. Domitius Ahenobarbus *pr. Siciliae.*

Cic. in Verr. 5, 3, 7. Vetus est quod dicam et propter severitatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum: L. Domitium praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad eum adlatus esset, admiratum requisisse quis eum percussisset; cum audisset pastorem cuiusdam fuisse, eum vocari ad se iussisse; illum cupide ad praetorem quasi ad laudem atque ad praemium ad-

cucurrisse; quaesisse Domitium qui tantam bestiam percussisset; illum respondisse, venabulo; statim deinde iussu praetoris in crucem esse sublatum. cf. Val. Max. 6, 3, 5. cos. 660 = 94. ante 658 96

C. Valerius Flaccus *pr. urban.* ante 659 95

Cic. pro Corn. Balbo 24, 55. Mitto vetera: proxime dico ante civitatem Veliensibus datam de senatus sententia C. Valerium Flaccum, praetorem urbanum, nominatim ad populum de Calliphana Veliense, ut ea civis Romana esset, tulisse. cos. 661 = 93.

C. Claudius Pulcher *pr. repetund.* 659 95

Cic. in Verr. 2, 49, 122. Halaesini pro multis ac magnis suis maiorumque suorum in rem publicam nostram meritis atque beneficiis suo iure nuper L. Licinio Q. Mucio consulibus (a. u. 659) .... leges ab senatu nostro petiverunt. decrevit senatus honorifico senatus consulto, ut eis C. Claudius Appii filius Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. I. L. 1 p. 279 elog. 10. (C. Claudius Ap. f. C. n. Pulcher) q. III vir. a. a. a. f. f. aed. cur. iudex. q. veneficiis pr. repetundis curator viis sternundis cos. cum M. Perpena. Denarii eiusdem apud Mommsenum Münzwesen p. 562 n. 178.

cos. 662 = 92.

L. Cornelius Sulla *pr. urban.* 661 93

Plut. Sulla 5. (*Ὁ Σύλλας*) *ἔινχε τῆς στρατηγίας τοῦ δήμου τὸ μέν τι θεραπείᾳ, τὸ δὲ καὶ χρήμασι προσαγαγόμενος. .... Μετὰ δὲ τὴν στρατηγίαν εἰς τὴν Καππαδοκίαν ἀποστέλλεται τὸν μὲν ἐμφανῆ λόγον ἔχων πρὸς τὴν στρατείαν Ἀριοβαρζάνην καταγαγεῖν, αἰτίαν δ' ἀληθῆ Μιθριδάτην ἐπισχεῖν πολυπραγμονοῦντα.* (Aur. Vict.) de vir. illustr. 75. (Cornelius Sulla) praetor inter cives ius dixit. Praetor Ciliciam provinciam habuit. Liv. Epit. 70 (a. u. 662) Ariobarzanes in regnum Cappadociae a. L. Cornelio Sylla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi venerunt ad Syllam ut amicitiam populi Romani peterent. cf. Hist. misc. 5, 7. Eutrop. 5, 3. Cic. pro Fonteio 19, 43. Vellei. 2, 17, 3. Plin. H. N. 8, 20, 53. Sen. de brev. vit. 13.

propr. Ciliciae a. u. 662. cos. 666 = 88.

P. Cornelius Scipio Nasica *unam ex Hispaniis obtinuit.*

Iul. Obs. 51. C. Coelio L. Domitio coss. (a. u. 660) ... per

661
93 Nasicam Hispaniae principes qui rebellabant supplicio consumpti, urbibus dirutis.

Cum Nasica in consulum fastis hoc tempore non reperiatur, praetor vel pro praetore alteram partem Hispaniae provinciam obtinuit. Sed Pighius (3 p. 208) docuit P. Cornelium Scipionem Nasicam, cuius mentio fit apud Ciceronem (pro Sex. Roscio 28, 77), non a. u. 660, quo refert Julius Obsequens, sed sequenti anno T. Didio vel P. Crasso procoss., qui a. u. 661 de Hispanis triumphaverunt (acta triumph. Capitol. C. I. L. 1 p. 460) succéssisse et unam ex Hispaniis provinciam obtinuisse; cui assensus est Borghesi oeuvres 1 p. 326.

662
92 *Cn. Pompeius Strabo.*

Oros. 5, 18. Sex. Iulio Caesare et L. Marcio Philippo consulibus (a. u. 663) intestinis causis sociale bellum tota commovit Italia .... Cn. Pompeius praetor cum Picentibus iussu senatus bellum gessit et victus est, postquam sibi Samnites Papium Mutilum imperatorem praefecerant.

Strabonem anno ab Orosio dato praetura fungi non potuisse Nipperdeius (leges Annales p. 27 sqq.) diligentissime explicuit, quia anno u. 665 consul lege Villia annali impeditus post annum u. 662 praetor esse nullo modo potuerit. Orosium l. l. minus accurate praetorem pro duce Romano, cui imperium obtigisset, dixisse Nipperdeius multis exemplis collatis demonstravit; fortasse autem in Orosii verbis 'praetorius' vel 'propraetor' legendum est. Cum a. u. 663 lege Varia accusatus absolutus sit (Cic. pro Cornelio 1 fr. 29 ed. Kays.) eodemque anno praetorio imperio contra Picentes pugnaverit, anno ante praetura functus esse videtur, nam Ciceronis verba (in Verr. 3, 16, 42) ex quibus Pighius et Drumannus collegerunt Strabonem Siciliam provinciam obtinuisse ad Cn. Pompeium Magnum pertinere, qui a. u. 672 in Sicilia bellum gessit ((Aur. Vict.) de vir. illustr. 77. Cic. de imp. Cn. Pomp. 11, 29), ex eo, quod Cn. Pompeius non ut L. Hortensius 'pater istius Q. Hortensi', pater Magni aut simili modo a Cicerone appellatur, iam Manutius recte conclusit.

ante 663
91 *L. Porcius Cato* fortasse a. u. 662.

Liv. Epit. 74 (a. u. 664). Aulus Plotius legatus Umbros, L. Porcius praetor Etruscos, cum uterque populus defecisset, proelio vicerunt. = Oros 5, 18.

Cato consul 665 = 89 fuit, itaque nullo modo iure a Livio et Orosio praetor a. u. 664 appellari potest, cum lex Villia obstet, quominus post a. u. 662 praetura functus sit; multis exemplis collatis et apud Orosium

et in Livii Epitoma hoc loco praetorem pro duce Romano cui imperium contigisset, dictum esse Nipperdeius (leges Annales p. 29 sqq.) docuit. ante 663 91

Q. Pompeius Rufus pr. urban. 663 91

Cic. de orat. 1, 37, 168. Quid? in his paucis diebus nonne nobis in tribunali Q. Pompeii praetonis urbani familiares nostri sedentibus homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque usitata exceptio daretur 'cuius pecuniae dies fuisset'? cf. Val. Max. 3, 5, 2.

Colloquium de oratore a. u. 663 habitum fingitur (de orat. 1, 7, 24).

cos. 666 = 88.

C. Servilius pr. vel propr. cum imperio proconsulari.

Oros. 5, 18. Sex. Julio Caesare et L. Marcio Philippo consulibus (a. u. 663) ..... Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Servilium praetorem legatum ad se missum apud Asculum occiderunt.

Idem in Livii Epitoma 72. Servacus procos. (sic Nazarianus, ceteri codices Servius, Guelferbytanus et editio pr. Q. Servilius procos. habent), ab Appiano b. c. 1, 38 Servilius procos., a Velleio 2, 15 et in historia miscella 5, 6 Servius praetor appellatur. cf. Mommsen, Münzwesen p. 536. R. Staatsrecht 2, 1 p. 214.

L. Aurelius Cotta. c. 663 91

Cic. Brut. 36, 137. L. etiam Cotta, praetorius, in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria cum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem.

Cotta tr. pl. a. u. 659 fuit (Cic. de orat. 2, 47, 197. Brut. 44, 162), itaque ante annum u. 662 praetura functus esse non potest; cum summos fasces non tenuerit, certo anno praeturam eius tribuere non possumus sed circa annum u. 663 praetor fuisse videtur.

L. Cassius propr. Asiam obtinuit a. u. 664. paulo ante 664 90

App. Mithr. 11. *Ῥωμαῖοι δὲ Νικομήδην ὁμοῦ καὶ Ἀριοβαρζάνην ἐπανῆγον εἰς τὴν οἰκείαν ἑκάτερον* (a. u. 664 cf. Liv. Epit. 74), *πρέσβεις τέ τινας αὐτοῖς ἐς τοῦτο συνέπεμψαν, ὧν Μάνιος Ἀκύλιος ἡγεῖτο. καὶ συλλαβεῖν ἐς τὴν κάθοδον ἐπέστειλαν Λουκίῳ τε Κασσίῳ, τῆς περὶ τὸ Πέργαμον Ἀσίας ἡγουμένῳ, στρα-*

paulo ante 664
90 τιὰν ἔχοντι ἀλίγην, καὶ τῶδε τῷ εὐπάτορι Μιθριδάτῃ. cf. ibid. 17 et 24, ubi Ἀσίας ἀνθύπατος appellatur.

L. Cassius consul hac aetate non fuit, ergo pro praetore Asiam provinciam obtinuit.

664
90 *L. Postumius.*

Liv. Epit. 73. L. Iulius Caesar cos. (a. u. 664) male adversus Samnites pugnavit. Nola colonia in potestatem Samnitium venit L. Postumio praetore, qui ab eis interfectus est.

P. Servilius Vatia Isauricus.

Acta triumph. Capitol. a. u. 666 C. I. L. 1 p. 460. [P. Serv]ilius C. f. M. n. Vatia propr. an. DCLXV de ..... XII K. novem.

P. Servilium esse eum, qui postea Isauricus appellatus a. u. 667 consulatum frustra petivit (Plut. Sulla 10) contra Borghesium (oeuvres 1 p. 441 sqq.) affirmavit Mommsen (Münzwesen p. 536). Servilius cum consulatum a. u. 667 petierit, praetura a. u. 664 functus esse videtur.

cos. 675 = 79.

C. Coelius *Galliam Narbon. obtinuit a. u. 664.*

Liv. Epit. 73. (a. u. 664). C. Coelius in Gallia transalpina Salluvios rebellantes vicit.

Nazarianus et recentiores codices C. Caelium praebent, unde editores Caecilium perperam effecisse Mommsenus (C. I. L. 1 p. 173 n. 595. Borghesi oeuvres 2 p. 246 adnot. 1.) docuit, quod in gente Caecilia nomen solum raro usurpetur. C. Coelius autem pr. vel pro praetore a. u. 664 Galliae Narbonensi provinciae praefuisse videtur, nisi forte statuendum est C. Coelium Caldum, qui a. u. 660 consulatu functus est, contra rebellantes Salluvios missum esse. praeter hunc consulem nemo ex gente Coelia in fastis consularibus reperitur.

ante 665
89 *M. Cornutus.*

Cic. pro Fonteio 19, 43 (33). Recordamini quos legatos nuper in bello (sociali) L. Iulius, quos P. Rutilius (coss. a. u. 664), quos L. Cato, quos Cn. Pompeius (coss. a. u. 665) habuerit: reperietis fuisse tum M. Cornutum, L. Cinnam, L. Sullam praetorios homines.

L. Cornelius Cinna.

Cic. pro Fonteio l. l. cos. 667 = 87.

665
89 *A. Sempronius Asellio* *pr. urban.*

Liv. Epit. 74. Cn. Pompeius cos. (a. u. 665) Marsos acie vicit.

cum aere alieno oppressa esset civitas, A. Sempronius Asellio 665/89
praetor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab eis qui faenerabant in foro occisus est. cf. Val. Max. 9, 7, 4 ubi praetor urbanus appellatur. App. b. c. 1, 54.

Q. Caecilius Metellus Pius.

Cic. pro Archia 4, 7. Data est civitas Silvani lege et Carbonis (tr. pl. a. u. 665 Ascon. in Cornel. p. 70), 'si qui foederatis civitatibus ascripti fuissent: si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi.' Cum hic (Archias) domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum familiarissimum suum. cf. 3, 6. Erat temporibus illis (Archias) iucundus Metello illi Numidico et eius Pio filio. cf. (Aur. Vict.) de vir. illustr. 63. cos. 674 = 80.

Ap. Claudius Pulcher.

Cic. pro Archia 4, 9. 'At non est professus.' immo vero eis tabulis professus, quae solae ex illa professione conlegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. nam cum Appii tabulae neglegentius adservatae dicerentur, Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus .... tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit. cos. 675 = 79.

P. Gabinius.

Cic. pro Archia l. l. cf. divin. in Q. Caecil. 20, 64.

C. Sentius *Macedoniam obtinuit a. u. 665. 666. 667.*

Oros. 5, 18. Iisdem temporibus (a. u. 665) rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Graeciam ingressus, cunctos Macedoniae fines depopulatus est; tandemque a. C. Sentio praetore superatus, redire in regnum coactus est. Cic. in Pison. 34, 84. Denselitis, quae natio semper oboediens huic imperio etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedoniam C. Sentio praetore tutata est, nefarium bellum et crudele intulisti. Plut. Sulla 11. (*Περὶ Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ*) *Βρέττιος Σούρρας ἀπήντησε* (a. u. 666), *πρεσβευτὴς μὲν ὢν Σεντίου τοῦ στρατηγοῦ τῆς Μακεδονίας* . .... *Λευκίου δὲ Λουκούλλου κελεύσαντος*

665
89 (a. u. 667) *αὐτὸν ὑποχωρεῖν ἐπιόντι Σύλλᾳ καὶ τὸν ἐψηφισμένον ἐκείνῳ ἐᾷν πόλεμον εὐθὺς ἐκλιπὼν τὴν Βοιωτίαν ὑπίσω πρὸς Σένιον ἀπήλαυνε.* cf. Cic. in Verr. 2, 93, 217. Liv. Epit. 70, ubi res a Sentio gestae falso loco relatae sunt. Liv. Epit. 74. Hist. misc. 5, 9. Plin. H. N. 14, 15, 96.

ante 666
88 *L. Valerius Flaccus* inter 658 et 666.

Cic. pro Flacco 32, 77. Flaccum iniuria decrevisse in tua (Deciane) re dicis: adiungis causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci aedili curuli pater tuus tribunus plebis diem dixerit. at istud ne ipsi quidem patri Flacci valde molestum esse debuit, praesertim cum ille, cui dies dicta est, praetor postea factus sit et consul, ille, qui diem dixit, non potuerit privatus in civitate consistere.

C. Apuleius Decianus tr. pl. a. u. 655. (Schol. Bob. in or. pro Flacco p. 230 Or.)

L. Valerius Flaccus cos. 668 = 86.

paulo ante 666
88 *P. Sextilius* *propr. Africae a. u. 666.*

Plut. Mar. 40. (Cum Marius a. u. 666 Roma effugeret) *ἐστρατήγει δὲ τῆς Λιβύης τότε Σεξτίλιος, ἀνὴρ Ῥωμαῖος, οὔτε φαῦλον οὐδὲν οὔτε χρηστὸν ἐκ Μαρίου προειληφώς, ἀλλ' ὅσον ἀπ' οἴκτου τι προσδοκώμενος ὠφελήσειν.*

Ab Appiano b. c. 1, 62 Sextius appellatur, sed veram nominis formam praebent numi Hadrumeti hac aetate cusi, in quibus legitur: 'P. Sextilius pr. p. Af. VII v. ep.' apud Müllerum Numismatique de l'ancienne Afrique 2 p. 51, n. 25. Ad eundem pertinere videntur, quae Varro r. r. 1 refert.

666
88 .. *Servilius.*

Plut. Sulla 9. *Ἡ δὲ σύγκλητος .... πυθομένη τὸν Σύλλαν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλαύνειν ἔπεμψε δύο τῶν στρατηγῶν, Βροῦτον καὶ Σερουίλιον, ἀπαγορεύσοντας αὐτῷ βαδίζειν.* a. u. 666.

.. *Iunius Brutus.*

Plut. Sulla l. l.

C. Norbanus Bulbus *Siciliam obtinuit a. u. 666.*

Cic. in Verr. 5, 4, 8. His institutis provinciae iam tum, cum bello sociorum tota Italia arderet, homo non acerrimus nec fortissimus, C. Norbanus, in summo otio fuit; perfacile enim

sese Sicilia iam tuebatur, ut ne quod ex ipsa bellum posset exsistere. Diod. 37, 2, 14. (Cum Sulla consul (a. u. 666) Roma profectus ad copias circa Nolam congregatas se contulisset, M. Lamponius et Tib. Clepitius nec non Pompeius Italicorum adhuc reliquorum praetores) *ἐλπίζοντες .. ῥᾳδίως εἰς τὴν Σικελίαν διαβιβάσειν τὰς δυνάμεις καὶ κρατήσειν τῆς εὐδαιμονεστάτης τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον νήσων. ἀλλ' ὁ ταύτης στρατηγὸς Γάιος Ὀρβανὸς* (lege *Νορβανὸς*), *πολλῇ δυνάμει καὶ παρασκευῇ καὶ προθυμίᾳ χρησάμενος, καὶ καταπληξάμενος τοὺς Ἰταλιώτας τῷ μεγέθει τῆς παρασκευῆς, ἐξήρπασε τοὺς Ῥηγίνους. κτλ.* 666 88

cos. 671 = 83.

Q. Ancharius. ante 667 87

Plut. Mar. 43 (a. u. 667). *Καὶ τέλος Ἀγχάριον, ἄνδρα βουλευτὴν καὶ στρατηγικόν, ἐντυγχάνοντα τῷ Μαρίῳ καὶ μὴ προσαγορευθέντα καταβάλλουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ταῖς μαχαίραις τύπτοντες.* cf. App. b. c. 1, 73, ubi Q. Ancharius appellatur. Flor. 2, 9 (3, 21), 16.

M. (C.) Marius Gratidianus. pr. I. 669? 670? 85? 84?

cf. M. (C.) Marius Gratidianus pr. II. 672 = 82.

C. Iulius Caesar. ante 670 84

Plin. H. N. 7, 54, 181. Nullis evidentibus causis obiere dum calciantur matutino duo Caesares, praetor et praetura perfunctus dictatoris Caesaris pater, hic Pisis exanimatus, ille Romae. cf. Suet. Caes. 1. Annum agens sextum decimum patrem amisit. C. I. L. 1 p. 278 elog. 5.

Caesar natus est a. u. 654 (Suet. Caes. 88. App. b. c. 2, 149), pater igitur a. u. 670 mortuus est.

.. Iulius Caesar.

Plin. H. N. l. l.

L. Valerius Flaccus. c. 670 84

Schol. Gronov. in Cic. pro Roscio Amer. p. 435 Or. Valerius Flaccus praetor Sullanis temporibus fuit. Hic tulit legem: quicquid Sulla dixisset lex esset. Si quid ergo ad populum tulisset Sulla, valebat lege Cornelia; si quid voluisset facere et non tulisset ad populum, hoc valebat lege Valeria. cf. Cic. de lege agr. 3, 2, 5.

670 84 *L. Licinius Murena* *Asiam obtinuit a. u. 670, 671, 672.*

App. Mithr. 64 (a. u. 670). *Μουρήνας μὲν ὑπὸ Σύλλα σὺν δύο τέλεσι τοῖς Φιμβρίου καθίσταασθαι τὰ λοιπὰ τῆς Ἀσίας ὑπελέλειπτο, καὶ πολέμων ἀφορμὰς ἠρεσχήλει δι' ἐπιθυμίαν θριάμβου.* Liv. Epit. 86. (a. u. 672) Praeterea bellum a L. Murena adversus Mithridatem in Asia revocatum continet. Cic. pro Murena 7, 15. Et proavus L. Murenae et avus praetor fuit et pater cum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus a filio petebatur. de imp. Cn. Pomp. 3, 8. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate. cf. Acta triumph. Capitol. C. I. L. 1 p. 460 et 463. cf. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 669.

C. Fabius Hadrianus *Africam obtinuit a. u. 670. 671, 672.*

Liv. Epit. 84 (a. u. 670). Q. Metellus Pius, qui partes optimatium secutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulsus est. Oros. 5, 20. Sulla .... Norbanum consulem (a. u. 671) proelio oppressit, septem millia tunc Romanorum Romani interfecerunt ..... Fabius vero Adrianus, cui imperium propraetore erat, regnum Africae servorum manu adfectans a dominis eorum apud Uticam congestis sarmentis cum omni familia vivus incensus est. Liv. Epit. 86. Cum C. Marius C. Mari filius cos. ante annos XX per vim creatus esset (a. u. 672) C. Fabius in Africa propter crudelitatem et avaritiam suam in praetorio suo vivus exustus est. cf. Val. Max. 9, 10, 2. Pseudo-Ascon. in Verr. act. 2 p. 179 Or. Diod. 38, 11. cf. Mommsen, Münzwesen p. 578 adnot. 344.

671 83 .. *Burrienus* *pr. urban.*

Cic. pro Quinctio 6, 24. Roma egreditur ante diem II. Kalend. Februarias Quinctius Scipione et Norbano coss. (a. u. 671) ..... 25. postulat a Burrieno praetore Naevius, ut ex edicto bona possidere liceat. cf. ibid. 21, 69.

C. Valerius Flaccus *Galliam obtinuit.*

Cic. pro Quinct. 7, 28. Expulsus atque eiectus e praedio Quinctius accepta insigni iniuria confugit ad C. Flaccum imperatorem, qui tum erat in provincia. (a. u. 671 Scipione et Nor-

bano coss. cf. ibid. 6, 24) cf. Licin. p. 39 ed. Bonn. Idem triumvir monetalis cf. Mommsen Münzwesen p. 599 n. 227. 671 83

Q. Sertorius *Hispaniam ulteriorem obtinuit.*

App. b. c. 1, 86 (a. u. 671.) *Σερτώριος δ' ἐκ πολλοῦ στρατηγεῖν ἠρημένος Ἰβηρίας, μετὰ τὴν Συέσσης κατάληψιν ἔφευγεν ἐς τὴν Ἰβηρίαν. καὶ αὐτὸν τῶν προτέρων στρατηγῶν οὐ δεχομένων πολλοὺς ἐνταῦθα καὶ ὅδε Ῥωμαίοις ἀνεκίνησε πόνους.* cf. Iber. 101. Plut. Sertor. 6.

C. Papirius Carbo. ante 672 82

Vellei. 2, 26, 2. Dum ad Sacriportum dimicatur, Damasippus praetor (a. u. 672) Domitium, Scaevolam, Mucium .... et C. Carbonem praetorium, consulis fratrem ..... in curia Hostilia trucidavit.

tr. pl. a. u. 665 fuit Ascon. in Cornel. p. 70.

L. Hortensius *Siciliam obtinuit.*

Cic. in Verr. 3, 16, 42. Tu, cum tot decumas non senatus consulto, sed novis edictis tuis nefariisque institutis exigeres et eriperes, magnum te fecisse arbitrare, si pluris vendideris quam L. Hortensius pater istius Q. Hortensii, quam Cn. Pompeius, quam C. Marcellus, qui ab aequitate, ab lege, ab institutis non recesserunt?

Pighius (Annal. 3 p. 190), quem Drumannus (3 p. 80 n. 5) secutus est, eum Siciliae a. u. 657 praefuisse contendit nullo alio testimonio allato. Borghesi (oeuvres 2 p. 205) praetorem Siciliae a. u. 657 Q. Hortensium appellat. Quo tempore Hortensius Siciliam rexerit incertum est et id tantum dicere possumus ante Cn. Pompeium Magnum i. e. ante annum u. 672 (Liv. Epit. 89), nam ad eum verba Ciceronis pertinere Manutius rectissime concluxit, L. Hortensium Siciliae praefuisse.

L. Iunius Brutus Damasippus. 672 82

Liv. Epit. 86. L. Damasippus praetor ex voluntate C. Mari consulis (a. u. 672) cum senatum contraxisset, omnem quae in urbe erat nobilitatem trucidavit. cf. Oros. 5, 20. Hist. misc. 5, 15. Cic. ad fam. 9, 21, 3. Val. Max. 9, 2, 3. App. b. c. 1, 88. ibid. 92. Sall. Cat. 51, 32. hist. fr. 1, 56, 7 Kr.. Vellei. 2, 26, 2. cf. Drumann 4 p. 49 n. 53.

672 82 *M. (C.) Marius Gratidianus* *pr. II.*

Val. Max. 9, 2, 1. Quam porro crudeliter (Sulla in proscribendis adversariis a. u. 672) se in M. Mario praetore gessit! Ascon. in or. in toga candida p. 75. M. etiam Mari Gratidiani, summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscisum per urbem sua manu Catilina tulerat. cf. Oros. 5, 21. Flor. 2, 9 (3, 21), 26.

Prima M. Mari praetura anno u. 669 vel 670 tribuenda esse videtur (cf. Lange R. Alterthümer, 3, 1 p. 134 et Mommsen Muenzwesen p. 388), de qua loquuntur Cic. de off. 3, 20, 80. Plin. H. N. 33, 46, 132. Seneca de ira 3, 18.

C. Carrinas.

Oros. 5, 21. Carrinatem praetorem Sulla iugulavit. Inde Praeneste profectus omnes Marianae militiae principes hoc est: legatos, quaestores, praefectos et tribunos iussit occidi .... Sulla dictator creatus est. (a. u. 672.) cf. Hist. misc. 5, 18.

A ceteris scriptoribus, qui mortem Carrinatis referunt (Plut. Pomp. 7. App. b. c. 1, 87. ibid. 92 et 93. Eutrop. 5, 8) praetor non appellatur.

Q. Antonius Balbus *Sardiniam obtinuit.*

Liv. Epit. 86. Cum C. Marius C. Mari filius cos. ante annos XX per vim creatus esset (a. u. 672), ... L. Philippus legatus Syllae Sardiniam Q. Antonio praetore pulso et occiso occupavit.

In denariis a. u. 672 cusis apud Mommsenum Muenzwesen p. 596 n. 225 legitur: Q. Anto[nius] Balb[us] pr[aetor]. cf. Mommsen l. l.

M. Perperna *Siciliam obtinuit.*

Diod. 38, 14. *Ὅτι Μάριος διὰ τὴν σπάνιν τῶν ἀναγκαίων ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν κατελέλειπτο, μόνος δὲ Μάρκος Περπέννας ὁ τῆς Σικελίας στρατηγὸς, διαπεμπομένου πρὸς αὐτὸν Σύλλα καὶ παρακαλοῦντος μετ' αὐτοῦ τάττεσθαι, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχεῖν ὥστε μὴ μόνον διατηρῆσαι τὴν πρὸς Μάριον εὔνοιαν, ἀλλὰ καὶ μετ' ἀναιδείας ἀποφῆναι ὅτι παντὶ σθένει διαβὰς ἐκ τῆς Σικελίας ἐξαρπάσει τὸν Μάριον ἐκ τῆς Πραινέστου* (a. u. 672). Vellei. 2, 30, 1. Tum M. Perperna praetorius e proscriptis gentis clarioris quam animi Sertorium inter coenam Oscae interemit. cf. Val. Max. 6, 2, 8.

M. Minucius Thermus *Asiam obtinuit 673—674.* paulo ante 673 81

Suet. Caes. 2. Stipendia prima in Asia fecit (Caesar) Marci Thermi praetoris contubernio, a quo ad accersendam classem in Bithyniam missus, desedit apud Nicomedem non sine rumore prostratae regi pudicitiae; .... a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona civica donatus est.

Mytilenas captas esse a. u. 674 Liv. Epit. 89 refert. cf. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 669.

Cn. Cornelius Dolabella *pr. urban.* 673 81

Cic. pro Quinctio 8, 30. A Cn. Dolabella denique praetore postulat, ut sibi Quinctius iudicatum solvi satis det ex formula 'quod ab eo petat, quoius ex edicto praetorio bona dies XXX possessa sint.'

Oratio pro Quinctio habita est a. u. 673. Gell. N. A. 15, 28, 3.

Propr. Ciliciae a. u. 674 et 675.

Cic. in Verr. act. 2, 1, 17, 44. Postea quam Cn. Dolabellae provincia constituta est Cilicia, o di immortales! quanta iste cupiditate, quibus adlegationibus illam sibi legationem expugnavit! e. q. s. cf. ibid. 19, 50. ibid. 38, 95. cf. Drumann 2 p. 563 sq.

Sex. Nonius Sufenas *pr. peregrin.?*

Denarii apud Mommsenum (Münzwesen p. 625 n. 265) inscriptionem praebent: Sex. Noni[us] pr[aetor] l[udos] V[ictoriae] p[rimus] f[ecit.]

Inscriptionem hanc ad ludos, quos Sulla recuperata republica a. u. 673 fecit, pertinere et Nonium Sullae dictatoris sororis filium (Plut. Sulla 10) esse Pighius (Annal. 3 p. 265) et Mommsenus (Muenzwesen l. l.) docuerunt.

M. Aemilius Lepidus *Siciliam obtinuit a. u. 674?* ante 674 80

Cic. in Verr. 2, 3, 8. Et illum annum pertulerant (Siculi), qui sic eos adflixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset. Pseudo-Ascon. ad l. l. p. 206 Or. [Illum annum pertulerant] M. Lepidi praetoris, qui accusari coeperat a duobus Metellis, Celere et Nepote: qui cum legibus interrogassent, victi eius apud populum gratia destiterunt. cf. Cic. in Verr. 3, 91, 212. Pseudo-Ascon. in divin. p. 100 Or.

cos. 676 = 78.

paulo ante 674 80 .. *Fufidius* *Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 674.*

Plut. Sertor. 12. *Οὐ μόνον ἐθνῶν ἐκράτησε (ὁ Σερτώριος) μεγάλων καὶ πόλεις εἶλε πολλὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστρατήγων Κόττιαν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησε, Φουφίδιον δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς περὶ τὸν Βαῖτιν ἐκρέψατο δισχιλίους ἀποκτείνας Ῥωμαίων.* (a. u. 674) (*που Φίδιον* libri, *Φουφίδιον* emendaverunt Drumann [4 p. 355 adnot. 90] et Sintenis).

C. Claudius Nero *Asiam obtinuit 674—675.*

Cic. in Verr. act. 2, 1, 19, 50. De qua expugnatione cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent, responsum tulerunt eiusmodi quaerimonias, quae ad legatum populi Romani pertinerent, non ad praetorem, sed Romam deferri oportere. ibid. 1, 29, 72. Pertimuit iste (Verres) ne Philodamus Neronis iudicio liberaretur: rogat et orat Dolabellam, ut de sua provincia decedat, ad Neronem proficiscatur ..... Commotus est Dolabella: fecit id, quod multi reprehenderunt, ut exercitum, provinciam, bellum relinqueret, et in Asiam hominis nequissimi causa in alienam provinciam proficisceretur.

Dolabella propr. Ciliciae a. u. 674—675 fuit, Nero igitur eadem aetate Asiam obtinuit. cf. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 670.

674 80 *M. Fannius* *quaestionem de sicariis exercuit.*

Cic. pro Sex. Roscio 4, 11. Te magno opere, M. Fanni, quaeso, ut qualem te iam antea populo Romano praebuisti, cum huic eidem quaestioni iudex praeesses, talem te nobis et rei publicae hoc tempore impertias; ..... longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur: cum interea caedes indignissimae maximaeque factae sint, omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis cotidianoque sanguine + dimissius sperant futuram.

Oratio pro Sex. Roscio Amerino habita est a. u. 674 Gell. N. A. 15, 28, 3.

L. Domitius Ahenobarbus.

Eutrop. 6, 1. Missi sunt contra eum (Sertorium) duces Q. Cae-

cilius Metellus, filius eius, qui Iugurtham regem vicit, et L. Domitius praetor a. u. 674 cf. Hist. misc. 6, 1. 674 80

Hispaniam citeriorem propr. obtinuit a. u. 675.

Plut. Sertor. 12. *Λομέτιον δὲ καὶ Λούσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς ἑτέρας Ἰβηρίας* (i. e. Hispan. citer.) *διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισάμενος καὶ Θωράνιον ἄλλον ἡγεμόνα τῶν ὑπὸ Μετέλλου πεμφθέντων μετὰ δυνάμεως ἀνεῖλεν.* (a. u. 675) cf. Oros. 5, 23.

C. Papirius Carbo. ante 675 79

Licin. p. 39 ed. Bonn. Et Volaterrani se Romanis dediderunt ante occiso per seditionem lapidibus Carbone praetorio quem Sulla praefecerat; is Cn. Carbonis frater fuit. et proscriptos ex oppido dimiserant (dimiserat cod., emendavit Lange R. Alterthümer 3, 1 p. 158 adnot. 10), quos equites a consulibus Claudio et Servilio (a. u. 675) missi conciderunt.

Ad eundem pertinere videntur, quae Val. Max. 9, 7, 3 narrat, ubi C. Carbo, frater Carbonis ter consulis nominatur.

C. Claudius Marcellus propr. Siciliam obtinuit a. u. 675? paulo ante 675 79

Cic. in Verr. 3, 91, 212. C. Marcelle te appello. Siciliae provinciae, cum esses proconsule, praefuisti: num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae sunt? neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta atque consilia summa laude digna, quibus illam tu provinciam adflictam et perditam erexisti atque recreasti; nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu successisti. cf. ibid. 2, 3, 8. ibid. 3, 16, 42. Pseudo-Ascon. in Verr. 2 p. 206 Or. cf. M. Aemilius Lepidus propr. Siciliae a. u. 674 p. 31.

Q. Calidius. 675 79

Cic. pro Plancio 29, 69. De Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi: Q. Metellum Pium consulem (a. u. 674) praetoriis comitiis, petente Q. Calidio, populo Romano supplicasse, cum quidem non dubitaret et consul et homo nobilissimus patronum esse illum suum et familiae nobilissimae dicere. cf. Val. Max. 5, 2, 7.

675
79 *Hispaniam citeriorem obtinuit a. u.* 676.

Pseudo-Ascon. in Verr. act. 1 p. 145 Or. Q. Calidius, M. Calidi oratoris pater, ex praetura Hispaniensi accusatus a Gallio, pro quo postea Cicero dixit, atque damnatus cum sensisset et iudicibus pecuniam contra se datam, in eos iudices, qui parvo pretio corrupti se damnaverant, exclamavit: e. q. s.

Hispaniam ulteriorem eadem aetate Q. Caecilius Metellus procos. obtinuit App. b. c. 1, 97. Plut. Sertor. 12.

paulo ante 676
78 *L. Manlius* *Galliam Narbonensem obtinuit a. u. 676.*

Liv. Epit. 90. Sylla decessit (a. u. 676) ..... L. Manlius procos. et M. Domitius legatus ab Hirtuleio quaestore proelio victi sunt. Oros. 5, 23. Manilius, proconsule Galliae in Hispaniam cum tribus legionibus et mille quingentis equitibus transgressus, iniquam cum Hirtuleio pugnam conseruit. cf. Caes. b. g. 3, 20.

A Plutarcho (Sert. 12) idem Galliae Narbonensis praeses L. Lollius nominatur, cf. Herzog hist. Galliae Narbon. p. 65. Pro praetore provinciae praefuit, quia consulatu hac aetate Manlius functus non est.

Cn. Asinius Pollio *Asiam obtinuit a. u. 676.*

Numi Atarneae cusi hanc inscriptionem praebent (Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 670): *Ἀσινίου ἀνθυπάτου Ῥωμαίων.*

Waddington l. l. inscriptionem ad patrem C. Asinii oratoris, qui a. u. 714 consulatu functus est, pertinere ex eo colligit, quod C. Asinium Asiae provinciae ex praetura et consulatu non praefuisse constet et numos multo ante Augusti aetatem cusos esse perspicuum sit. Cum vero in actis triumphorum Capitolinis (a. u. 715 C. I. L. 1 p. 461) C. Asinius Pollio Cnei filius nominetur avi nomine non addito et in chronico Eusebii (ad Olymp. 195. 4) tradatur C. Asinium a. u. 678 natum esse suo iure Waddington hos numos ad C. Asinii Pollionis patrem rettulit. verum Cn. Asinius a. u. 676 Asiae praefuisse videtur, quia qui paulo ante aut post hunc annum provinciam obtinuerint, noti sunt. cf. Borghesi oeuvres 3 p. 344 sq.

676
78 *L. Cornelius Sisenna* *pr. urban. et peregr.*

S. C. de Asclepiade C. I. L. 1 p. 110 n. 203. Co[n]s[ulibus] Q. Lutatio Q. f. Catulo et M. Aemilio Q. f. M. n. Lepido (a. u.

676), praetore urbano et inter peregrinos L. Cornelio . . f. Si- 676
senna, mense Maio. cf. C. I. Gr. n. 5879. 78

Ad eundem fortasse referri posse epistulam praetoris ad Tiburtes (C. I. L. 1 p. 107 n. 202 L. Cornelius. Cn. f. pr[aetor] sen[atum] cons[uluit] a. d. III nonas Maias sub aede Kastorus) coniecit Mommsen l. l.

.. *Terentius Varro* *Asiam obtinuit a. u. 677.* paulo ante 677
77

Pseudo-Ascon. in divin. p. 109 Or. Terentius Varro, consobrinus frater Hortensii, reus ex Asia apud L. Furium praetorem (a. u. 678) primo de pecuniis repetundis deinde apud P. Lentulum Suram est accusatus absolutusque est a Q. Hortensio. cf. Acron. in Hor. Serm. 2, 1, 49. Schol. Gronov. in Verr. act. 1 p. 398 Or. cf. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 670.

Cn. Aufidius Orestes *pr. urban.* 677
77

Val. Max. 7, 7, 6. Quid Mamerci Aemili Lepidi consulis quam grave decretum! Genucius quidam, Matris magnae Gallus, a Cn. Oreste praetore urbano impetraverat, ut restitui se in bona Naevi Ani iuberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. cos. 683 = 71.

L. Licinius Lucullus.

Cic. acad. 2, 1, 1. (L. Lucullus) deinde absens factus aedilis (a. u. 675 Plin. H. N. 8, 7, 7), continuo praetor — licebat enim celerius legis praemio — post in Africam, inde ad consulatum. cf. C. I. L. 1 p. 292 elog. Luculli.

Africam obtinuit a. u. 678.

(Aur. Vict.) de vir. illustr. 74. L. Licinius Lucullus .... munus quaestorium amplissimum dedit. Mox per Murenam in Asia classem Mithridatis et Ptolemaeum regem Alexandriae consuli Sullae conciliavit. Praetor Africam iustissime rexit.

cos. 680 = 74.

Sex. Peducaeus *Siciliam obtinuit a. u.* 678 et 679. paulo ante 678
76

Cic. in Verr. 3, 93, 216. Nam de Sex. quidem Peducaeo, fortissimo atque innocentissimo viro, quid dicetis? .... aut quis non ad hoc tempus innocentissimam omnium diligentissimamque praeturam illius hominis existimat? biennium provinciam obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa

paulo ante 678
76

caritate fuit. Pseudo-Ascon. in divin. p. 100 Or. Cum enim a duobus quaestoribus Sicilia regi soleat, uno Lilybaetano, altero Syracusano, ipse vero (Cicero) Lilybaetanus quaestor (a. u. 679 Cic. Brut. 92, 318) fuerit Sex. Peducaeo praetore, omnibus tamen se placuisse dixit. Cic. in Verr. 2, 56, 139. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur; erat censa praetore Peducaeo: quintus annus cum in te praetorem incidisset, censa denuo est: postero anno L. Metellus mentionem tui census fieri vetat. Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or.

Verres Siciliam a. u. 681, 682, 683 obtinuit. Sex. Peducaeus igitur biennio 678 et 679 Siciliae praefuit, inter Verrem et Peducaeum C. Licinius Sacerdos huius provinciae praeses fuit.

M. Iunius Silanus *Asiam obtinuit a. u.* 678.

Plin. H. N. 2, 35, 100. Scintillam e stella cadere et augeri terrae adpropinquantem ... semel unquam proditur Cn. Octavio C. Scribonio consulibus (a. u. 678). Vidit id Silanus proconsul cum comitatu suo. Titulus Mylasensis Le Bas et Waddington n. 409. *Πρεσβευτής τε αἱρεθεὶς καὶ αὐτὸς πρὸς Μάρκον Ἰούνιον Δεκάμου υἱὸν Σιλανὸν, στρατηγὸν, πάτρωνα τῆς πόλεως, διαβαίνοντα εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐξῆλθεν κτλ.* cf. Plin. H. N. 35, 40, 131.

στρατηγὸς in hoc titulo pro propraetore dictum esse Mommsenus R. Staatsrecht 2, 1 p. 218 adnot. 5 notavit.

678
76 *M. Terentius Varro Lucullus pr. peregrinus.*

Ascon. in or. in toga candida p. 75. Clientem autem negavit habere posse C. Antonium: nam is multos in Achaia spoliaverat, nactus de exercitu Syllano equitum turmas. Deinde Graeci, qui spoliati erant, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat ..... Hunc Antonium Gellius et Lentulus censores (a. u. 684 De Boor fasti censorii p. 26) sexennio, quo haec dicerentur, senatu moverunt. C. I. L. 1 p. 167 n. 583. M. Terentius M. f. Varro Lucullus pro pr. terminos restituendos ex s. c. coeravit qua P. Licinius Ap. Claudius C. Gracchus III vir a. d. a. i. statuerunt. cf. Cic. pro Tullio 4, 8. cos. 681 = 73.

Lucullum nondum ullo magistratu gesto sed omnino pro magistratu 678
a. u. 672/73 terminos, de quibus titulus loquitur, Gracchanos restituisse 76
Mommsenus (C. I. L. 1 p. 167. Hist. R. 2ᵉ p. 354) accuratissime explicuit. Plutarchum errore ductum causam Antonianam in Graecia actam esse tradidisse ex Ciceronis et Asconii locis laudatis elucet. qua de causa Mommsenus (R. Staatsrecht 2, 1 p. 200 adnot. 2.) Lucullum a. u. 680 praetura functum esse contendit non intellego cum fasces summos obtinuerit Lucullus a. u. 681, itaque post a. u. 678 praetor esse non potuerit et idem Mommsenus (C. I. L. 1 p. 167) praeturam eius a. u. 678 attribuerit.

L. Furius pr. repetundis.

Pseudo-Ascon. in divin. p. 109 Or. Terentius Varro consobrinus frater Hortensii, reus ex Asia apud L. Furium praetorem primo de pecuniis repetundis deinde apud P. Lentulum Suram est accusatus.

cf. Terentius Varro paulo ante 677 P. Cornelius Lentulus Sura pr. I. a. u. 679 p. 35 et 39.

M. Fonteius Galliam Narbonensem obtinuit a. u. 679 et 680. paulo ante 679
75

Cic. pro Fonteio 14, 32. Omnes legati nostri, qui illo triennio (quo Fonteius Galliae Narbon. praefuit) in Galliam venerunt .... M. Fonteium incolumem esse cupiant? ibid. 6, 13. Huic provinciae .... M. Fonteius, ut dixi, praefuit: qui erant hostes subegit .... ceteris .... maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperavit. cf. Epistulam Cn. Pompei ad senatum (de qua a. u. 680 in senatu actum esse constat Plut. Pomp. 20) Sall. hist. fr. 3, 19 Kr. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Cic. pro Fonteio 7, 16. Exercitus praeterea Cn. Pompeii maximus atque ornatissimus hiemavit in Gallia, M. Fonteio imperante. satisne vobis multos, satis idoneos testis et conscios videtur ipsa fortuna esse voluisse earum rerum, quae M. Fonteio praetore gererentur in Gallia? cf. Liv. Epit. 93. Occupata Bithynia M. Aurelius Cotta cos. (a. u. 680) ad Calchedona proelio a rege victus; resque a Pompeio et Metello adversus Sertorium † † omnibus belli militiaeque artibus par fuit, † et ab obsidione Calaguris oppidi depulsos coegerit diversas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam. cf. Cic. pro Fonteio 5, 11. ibid. 8, 41.

paulo ante 679
75

Fonteium a. u. 679 et 680 Galliam obtinuisse ex l. l. elucet, verum num hi anni primi an extremi triennii fuerint incertum est. cf. Drumann 5 p. 330. Herzog, hist. Galliae Narbon. p. 66 adnot. 73.

M.. Iuncus *Asiam obtinuit a. u.* 679—680.

Vellei. 2, 42. Caesar mandatis custodiae, quos ceperat, in Bithyniam perrexit ad proconsulem Iunium—Nicomedeam enim is iam tamquam obtinebat — petens ut auctor fieret sumendi de captivis supplicii. ('cum idem enim Asiam eam quam obtinebat' editio pr. et cod. Amerb. 'Nicomedeam enim is iam tamquam obtinebat' Schneiderus coniecit. Plut. Caes. 2. *Καὶ τὰ μὲν χρήματα λείαν ἐποιήσατο, τοὺς δ'ἄνδρας ἐν Περγάμῳ καταθέμενος εἰς τὸ δεσμωτήριον αὐτὸς ἐπορεύθη πρὸς τὸν διέποντα τὴν Ἀσίαν Ἰούγκον, ὡς ἐκείνῳ προσῆκον ὄντι στρατηγῷ κολάσαι τοὺς ἁλωκότας.* Gell. N. A. 5, 13, 6 (C. Caesar) in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio usus est: Vel pro hospitio regis Nicomedis vel pro horum necessitate, quorum de re agitur, refugere hoc munus, M. Iunce, non potui. cf. Suet. Caes. 4.

Nicomedes a. u. 680 mortuus est. App. b. c. 1, 111. Eutrop. 6, 8 (Clinton fasti Hellenici ad hunc annum et Append. p. 430). M. Iuncum a. u. 679 et 680 Asiam provinciam obtinuisse Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 671 ex locis laudatis demonstravit; cum consulatu Iuncus functus non sit, ex praetura hanc provinciam obtinuit.

679
75 *C. Licinius Sacerdos.*

Cic. in Verr. act. 2, 1, 50, 130. Cum L. Octavius C. Aurelius consules (a. u. 679) aedis sacras locavissent neque potuissent omnia sarta tecta exigere, neque ei praetores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos et M. Caesius, factum est senatus consultum, quibus de sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres P. Caelius praetores cognoscerent et iudicarent. cf. ibid. 41, 104. ibid. 2, 8, 22. ibid. 2, 28, 68.

Siciliam obtinuit a. u. 680.

Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or. Cn. Pompeio primum et M. Crasso consulibus (a. u. 684) C. Verres, perfunctus quaestura, legatione, praetura urbana, patre C. Verre, et praetextato filio, et filia nupta, uxorem habens, cum successisset in

Sicilia C. Sacerdoti praetori, eamque non sibi succedenti Arrio 679
per triennium tenuisset, ... succedente tandem in eadem pro- 75
vincia Metello, repetundarum reus ab Siculis postulatus est. Cic. in Verr. act. 2, 1, 10, 27. ibid. 3, 92, 214.

M. Caesius.

Vide supra C. Licinius Sacerdos. p. 38.

? P. Cornelius Lentulus Sura. *pr. I?*

Pseudo-Ascon. in divin. p. 109 Or. Terentius Varro, consobrinus frater Hortensii, reus ex Asia apud L. Furium praetorem (a. u. 678) primo de pecuniis repetundis, deinde apud P. Lentulum Suram est accusatus, absolutusque est a Hortensio. Vellei. 2, 34, 4. Catilina metu consularis imperii urbe pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethegusque et alii clari nominis viri auctore senatu, iussu consulis in carcere necati sunt. cf. Plut. Cic. 17. cos. 683 = 71.

cf. Drumann 2 p. 530.

L. Gellius Poplicola. ante 680
74

Cic. de leg. 1, 20, 53. Quoniam Athenis audire ex Phaedro meo memini, (inquit Atticus) Gellium, familiarem tuum, cum pro consule ex praetura in Graeciam venisset essetque Athenis, philosophos, qui tum erant in locum unum convocasse e. q. s.

cos. 682 = 72.

Inde non potest colligi Gellium Achaiam rexisse, quam usque ad annum u. 727 cum Macedonia provincia coniunctam esse constat. sed quam provinciam Gellius obtinuerit nescimus, nam quod Car. Frid. Hermannus (Gesammelte Abhandlungen und Beiträge zur classischen Litteratur p. 363) coniecit nulla ratione addita eum Asiae praefuisse minus probabile mihi esse videtur. cf. W. A. Zumpt commentationes epigr. 2 p. 191.

C. Verres *pr. urbanus.* 680
74

Cic. in Verr. 5, 13, 34. Nemo tam rusticanus homo L. Lucullo M. Cotta consulibus (a. u. 680) Romam ex ullo municipio vadimonii causa (venit) quin sciret iura omnia praetoris urbani (C. Verris) nutu atque arbitrio [Chelidonis] metriculae gubernari. cf. ibid. act. 2, 1, 39, 100. ibid. 40, 104. ibid. 50, 130. ibid. act. 1, 4, 12. ibid. 13, 39. pro Cluent. 33, 91.

680 74 *Siciliam obtinuit a. u.* 681, 682, 683.

Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or. Cn. Pompeio primum et M. Crasso coss. (a. u. 684) C. Verres perfunctus quaestura, legatione, praetura urbana, patre C. Verre, et praetextato filio et filia nupta, uxorem habens, cum successisset in Sicilia C. Sacerdoti praetori, eamque non sibi succedente Arrio per triennium tenuisset, ... succedente tandem in eadem provincia Metello, repetundarum reus ab Siculis postulatus est. Cic. in Verr. 3, 41, 97. In C. Cassio, clarissimo et fortissimo viro, cum is eo ipso tempore primo istius (Verris) anno consul esset (a. u. 681), tanta improbitate usus est e. q. s. cf. ibid. act. 1, 4, 12. ibid. act. 2, 2, 12, 31 et passim in Verrinis.

L. Calpurnius Piso Frugi *pr. peregrinus?*

Cic. in Verr. 1, 46, 119. L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste (Verres) aliter atque ut edixerat decrevisset. quod vos oblitos esse non arbitror, quae multitudo, qui ordo ad Pisonis sellam isto praetore solitus sit convenire; quem iste conlegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro. Pseudo-Ascon. in Verr. l. l. p. 192 Or. Intercedere, ut vides, etiam praetor praetori solet, ut Piso Verri, appellatione causae ad collegam facta. cf. Cic. div. in Caecil. 20, 64. in Verr. 4, 25, 56.

cf. Mommsen Münzwesen p. 580 n. 209.

P. Coelius.

Cic. in Verr. act. 2, 1, 50, 130. Factum est senatus consultum, quibus de sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres et P. Coelius praetores cognoscerent et iudicarent.

M. Antonius Creticus.

Pseudo-Ascon. in Verr. act. 2 p. 206 Or. Hic est M. Antonius, qui gratia Cottae consulis (a. u. 680) et Cethegi factione in senatu curiationem infinitam nactus totius orae maritimae et Siciliam et provincias omnes depopulatus est, et ad postremum inferens Cretensibus bellum morbo interiit. Vellei. 2, 31, 3. (Cn. Pompeio imperium aequum in omnibus provinciis lege

Gabinia datum a. u. 687). Sed tamen idem hoc ante septennium in M. Antonio praetore decretum erat. 680 74

Ed. pr. et Amerb. 'ante biennium' habent. sed inter eum annum, quo M. Antonio curatio totius orae maritimae commissa est et eum, quo Gabinius legem tulit intersunt VII anni. cum non multo ante Velleius de biennio dixerit et in hac notissima re error scriptoris statui non possit, verissime Krausius et Orellius 'ante septennium' correxisse mihi videntur.

cf. Pseudo-Ascon. in divin. p. 121 Or. Flor. 1, 41 (3, 7). Liv. Epit. 97.

Q. Arrius. 681 73

Plut. Cic. 15. *Ἐπεὶ δὲ καὶ Κόϊντος Ἄρριος, ἀνὴρ στρατηγικὸς, ἀπήγγελλε τοὺς ἐν Τυρρηνίᾳ καταλοχισμοὺς καὶ Μάλλιος ἀπηγγέλλετο σὺν χειρὶ μεγάλῃ περὶ τὰς πόλεις ἐκείνας αἰωρούμενος ἀεί τι προσδοκᾷν καινὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, γίνεται δόγμα τῆς βουλῆς παρακαταιτίθεσθαι τοῖς ὑπάτοις τὰ πράγματα. κτλ.* Liv. Epit. 96. Q. Arrius praetor Crixum fugitivorum ducem cum XX hominum cecidit. Cn. Lentulus cos. (a. u. 682) male adversus Spartacum pugnavit. ab eodem L. Gellius cos. (a. u. 682) et Q. Arrius praetor acie victi sunt. Cic. in Verr. 2, 15, 37. Sperabat Heraclius, si illum diem effugisset, ante alteram sortitionem Q. Arrium, quem provincia tum maxime exspectabat, successurum. cf. ibid. 4, 20, 42. Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or. in divin. p. 101 Or.

Ex Ciceronis et scholiastae verbis laudatis Borghesi (oeuvres 1 p. 65 sqq.) demonstravit Q. Arrium a. u. 681 praetura functum a. u. 682 *propraetore* acie victum esse atque hoc modo Livii verba 'Q. Arrius praetor acie victi sunt' esse corrigenda.

(C.) Claudius Pulcher.

Oros. 5, 24. Lucullo et Cassio consulibus (a. u. 681) gladiatores septuaginta et quattuor Capua a ludo Cn. Lentuli diffugerunt, . . . unde erumpentes Clodii praetoris, qui eos obsidione cinxerat, castra expugnarunt ipsoque in fugam acto, cuncta in praedam verterunt. Plut. Crass. 9. *Ἔπειτα Κλωδίου στρατηγοῦ μετὰ τρισχιλίων πεμφθέντος ἐκ Ῥώμης καὶ πολιορκοῦντος αὐτοὺς*

681 73 (sc. fugitivos) *ἐν ὄρει μίαν ἔχοντι καὶ χαλεπὴν καὶ στενὴν ἄνοδον, ἣν ὁ Κλώδιος ἐφρούρει κτλ.*

In Livii Epitoma 95 Claudius Pulcher legatus P. Vareni praetoris appellatur. a Floro 2, 8 (3, 20) Clodius Glaber nominatur confusis duorum praetorum nominibus. cf. Drumann 2 p. 185 n. 39.

P. Varinius Glaber.

Liv. Epit. 95 (a. u. 681). Quattuor et septuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt et congregata servitiorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bello excitato Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum praetorem proelio vicerunt. Plut. Crass. 9. *Δεύτερος ἐκπέμπεται πρὸς αὐτοὺς στρατηγὸς Πούπλιος Βαρῖνος, οὗ πρῶτα μὲν ὑποστρατηγόν τινα Φούριον ἔχοντα δισχιλίους στρατιώτας ἐτρέψαντο συμβαλόντες.* App. b. c. 1, 116. *Καὶ πρῶτος ἐπ' αὐτοὺς ἐκπεμφθεὶς Οὐαρίνιος Γλάβρος, ἐπὶ δ'ἐκείνῳ Πύπλιος Οὐαλέριος, οὐ πολιτικὴν στρατιὰν ἄγοντες ἀλλ' ὅσους ἐν σπουδῇ καὶ παρόδῳ συνέλεξαν .... συμβαλόντες ἡττῶντο.* Sall. hist. fr. 3, 77, 2. Kr. At Varinius dum haec aguntur a fugitivis ..... quaestorem suum C. Thoranium, ex quo praesente vera facillume noscerentur, miserat. Flor. 2, 8 (3, 20). Inde Vareniana castra deinceps Thorani (rapuerunt). Frontin. Strateg. 1, 5, 22. Idem (Spartacus) cum a L. Varino procos. praeclusus esset, . . . , copias silentio noctis eduxit.

Ex his locis laudatis, quae ut perturbationem historiae illius belli demonstrarem omnes adscripsi, elucet, quantum scriptores de huius praetoris nominis forma inter se dissentiant.

Asiam obtinuit a. u. 686.

Cic. pro Flacco 19, 45. (Temni Heraclides) custos T. Aufidio praetore in frumento publico est positus, pro quo cum a P. Varinio praetore pecuniam accepisset, celavit suos civis ultroque eis sumptum intulit: quod postea quam Temni, litteris a Varinio missis, cognitum atque patefactum est, cumque eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit (a. u. 684 De Boor fasti censorii p. 26), Temnitarum patronus, litteras misisset, Heraclidem istum Temni postea nemo vidit.

Non ante annum u. 682 ex praetura Varinius Asiae praeesse potuit. 681
sed cum ab anno u. 682 usque ad annum u. 685, quo primum denuo 73
praetores in Asiam a senatu missi sunt (Dio 35, 2), Lucullus hanc provinciam obtineret, verisimile est Varinium a. u. 686 Aufidio successisse. cf. Borgmann Philol. 2 (1847) p. 669. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 672.

M. Licinius Crassus Dives. paulo ante 682
72

Liv. Epit. 96. C. Cassius procos. (cos. a. u. 681) et Cn. Manlius praetor male adversus Spartacum pugnaverunt, idque bellum M. Crasso praetori mandatum est. ibid. 97. M. Crassus praetor primum cum parte fugitivorum, quae ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnavit, caesis hostium $\overline{\text{XXXV}}$ et ducibus eorum Casto et Gannico. cum Spartaco deinde debellavit caesis cum ipso LX. Eutrop. 6, 7. Victi sunt (gladiatores) in Apulia a M. Licinio Crasso proconsule, et post multas calamitates Italiae tertio anno bello huic finis impositus est. (bellum gladiatorium inceptum est a. u. 681 Oros. 5, 24). cf. App. b. c. 1, 118. Plut. Crass. 10. Oros. 5, 24. cos. 684 = 70.

M. Crasso praetorio hoc bellum mandatum esse quod a. u. 684 consul post annum u. 681 praetura fungi non potuisset Nipperdey (leges annales d. R. Republik p. 27 sqq.) docuit.

Cn. Manlius. 682
72

Liv. Epit. 96. C. Cassius procos. (cos. a. u. 681) et Cn. Manlius praetor male adversus Spartacum pugnaverunt.

Q. Hortensius pr. repetundis.

Cic. in Verr. act. 1, 13, 38. Cognoscet ex me populus Romanus ..... quid sit quod P. Septimio senatore damnato, Q. Hortensio praetore, de pecuniis repetundis lis aestimata sit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset.

Aed. cur. a. u. 679 (Cic. Brut. 92, 318. de off. 2, 16, 57. cos. 685 = 79. praetor igitur a. u. 682.

Q. Caecilius Metellus Creticus.

Sall. hist. reliqu. Berol. 3 p. 124 ed. Iordan (hist. fr. 2, 49 Kr.) Qua re fatigata plebes consules ambo Q. Metellum, cui postea Cretico cognomentum fuit, candidatum praetorium sacra via deducentis cum magno tumultu invadit e. q. s.

682 72 Tr. pl. a. u. 679 (Cic. de imp. Cn. Pompei 19, 58) cos. 685 = 69, praetura igitur nullo alio anno atque a. u. 682 fungi potuit.

paulo ante 684 70 *L. Caecilius Metellus* *Siciliam obtinuit a. u.* 684.

Cic. in Verr. act. 1, 9, 27. Arcessit alter consul designatus (Q. Metellus a. u. 684) Siculos; veniunt non nulli, propterea quod L. Metellus esset praetor in Sicilia; cum his ita loquitur: se consulem esse; fratrem suum alterum Siciliam provinciam obtinere, alterum esse quaesiturum de pecuniis repetundis. Liv. Epit. 98. Cn. Lentulus et L. Gellius censores (a. u. 684 De Boor fasti censorii p. 26) asperam censuram egerunt .... L. Metellus praetor in Sicilia adversus piratas prospere rem gessit. cf. Cic. in Verr. 2, 4, 10. ibid. 3, 65, 152. Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or. in Verr. act. 1 p. 136 Or. ibid. p. 139 Or. in Verr. act. 2 p. 207 Or. Oros. 6, 3.

Num Cicero pro Tullio 17, 39 'at quibus verbis in decernendo Metellus usus est?' hunc L. Metellum an fratrem eius Q. Metellum Creticum, qui a. u. 682 praetura functus est, spectaverit incertum est.

cos. 686 = 68.

684 70 *M'. Acilius Glabrio* *pr. repetundis.*

Pseudo-Ascon. in divin. p. 97 Or. Cn. Pompeio primum et M. Crasso coss. (a. u. 684) C. Verres ..... repetundarum reus ab Siculis postulatus est ..... p. 99. agitur autem causa ..... cognoscente de pecuniis repetundis M'. Glabrione praetore. cf. argum. in Verr. act. 1 p. 126 Or. Cic. in Verr. act. 1, 2, 4. ibid. 10, 29. act. 2, 1, 11, 30 et passim in Verrinis.

cos. 687 = 67.

L. Aurelius Cotta.

Ascon. in Pisonianam p. 15. Legem iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone (a. u. 684 Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 97 Or.), tulit Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis. Ascon. in Cornelianam p. 59. M. Cottam significat. Fuerunt autem tres: duo hi, Caius et Marcius; tertius L. Cotta, qui lege sua iudicia inter tres ordines communicavit, senatum, equites, tribunos aerarios; adeptique sunt omnes consulatum. cf. ibid. p. 70. Pseudo-Ascon.

in divin. p. 103 Or. in Verr. act. 1 p. 127 Or. Schol. Bob. in or. pro Flacco p. 229 Or. Vellei. 2, 32, 3. Liv. Epit. 97, ubi optimo iure Sigonius L. legendum esse coniecit. 684 70

cos. 689 = 65.

M. Mummius.

Cic. in Verr. 3, 53, 123. Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium et M. Crassum consules (a. u. 684), quas ad M. Mummium praetorem, quas ad quaestores urbis misit.

L. Caecilius Metellus Siciliam obtinuit a. u. 684 cf. p. 44.

C. Calpurnius Piso pr. urban. ante 685 69

Val. Max. 7, 7, 5. Egregia Gai quoque Calpurni Pisonis praetoris urbis constitutio. e. q. s. (codd. plerique habent 'praetoris', in rasura Bernensis et in epitoma Paridis scriptum est 'praefecti') cf. Drumann 2 p. 92 n. 31. cos. 687 = 67.

T. Aufidius Asiam obtinuit a. u. 685. paulo ante 685 69

Val. Max. 6, 9, 7. T. Aufidius, cum Asiatici publici exiguam admodum particulam habuisset, postea totam Asiam proconsulari imperio obtinuit e. q. s. Cic. pro Flacco 19, 45. (Temni Heraclides) custos T. Aufidio praetore in frumento publico est positus, pro quo cum a P. Varinio praetore pecuniam accepisset, celavit suos civis ultroque eis sumptum intulit: quod postea quam Temni, litteris a Varinio missis, cognitum atque patefactum est, cum eadem de re Cn. Lentulus, qui censor fuit (a. u. 684 De Boor fasti censorii p. 26), Temnitarum patronus, litteras misisset, Heraclidem istum Temni postea nemo vidit.

Aufidium ante Varinium Asiae praefuisse ex Ciceronis verbis allatis sequitur. sed cum ab anno u. 682 usque ad annum u. 685 Lucullus hanc provinciam obtinuisset et a. u. 685 primum denuo praetores in Asiam a senatu missi essent (Dio 35, 2), Aufidius hoc anno antecessor Varinii Asiam sortitus obtinuisse videtur. cf. Bergmann Philol. 2 (1847) p. 669. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 672.

M. Pupius Piso Calpurnianus unam ex Hispaniis obtinuit.

Ascon. in Pison. p. 14. Pupius Piso ..... biennio tamen serius, quam Cicero consul fuit; triumphavit procos. de Hispania Q. Hortensio Q. Metello consulibus (a. u. 685) ante Ciceronis consulatum. C. I. L. 1 p. 173 n. 594. M. Calpurnius

paulo ante 685
69 M. f. Piso Frugi pr. ex s. c. faciundum curavit e. q. s. Ad eum rettulit hunc titulum Ursinus. pr. a. u. 683?

cos. 693 = 61.

685
69 *M. Caecilius Metellus* *pr. repetundis.*

Pseudo-Ascon. in Verr. act. 1 p. 139 Or. Ne error sit in nominibus, tenere vos oportet, tres Metellos esse, unum consulem cum Hortensio (a. u. 685), alterum in urbe constitutum de pecuniis repetundis, tertium Siciliae praetorem. p. 135 Or. Hic ergo M. Metellus amicus Verris successurus Glabrioni (pr. a. u. 684) fuerat. cf. Cic. in Verr. act. 1, 8, 21. ibid. 9, 25. ibid. 10, 31. Pseudo-Ascon. argum. in divin. p. 98 Or.

paulo ante 686
68 .. *Antistius Vetus* *Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 686?*

Vellei. 2, 43, 4. Praetura (Caesaris) quaesturaque mirabili virtute atque industria obita in Hispania, cum esset quaestor sub Vetere Antistio, avo huius Veteris consularis atque pontificis, duorum consularium et sacerdotum patris e. q. s. cf. Plut. Caes. 5. Suet. Caes. 7.

Caesar aed. cur. a. u. 689 (Suet. Caes. 9) quaestor a. u. 686?

686?
68? *P. Cornelius Dolabella* *quaestionem de vi exercuit.*

Cic. pro Caecina 8, 23. His rebus ita gestis P. Dolabella praetor interdixit, ut est consuetudo 'de vi hominibus armatis' sine ulla exeptione, tantum ut unde deiecisset restitueret.

Asiam obtinuit a. u. 687?

Val. Max. 8, 1, ambust. 2. Eadem haesitatione Publi quoque Dolabellae, proconsulari imperio Asiam obtinentis, animus fluctuatus est.

Si recte haec verba Valerii ad P. Dolabellam, qui in causa Caecinae hac fere aetate acta interdixit, a Waddingtonio (fastes des provinces Asiatiques p. 678) relata sunt, P. Cornelius Dolabella Varinio a. u. 687 successisse videtur.

ante 687
67 .. *Sextilius.*

Plut. Pomp. 24. *Ἥρπασαν δέ ποτε* (sc. praedones) *καὶ στρατηγοὺς δύο Σεξτίλιον καὶ Βελλῖνον ἐν ταῖς περιπορφύροις καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἅμα καὶ ῥαβδοφόρους ᾤχοντο σὺν αὐτοῖς ἐκείνοις ἔχοντες.* cf. App. Mithr. 93.

.. *Bellienus.* ante 687
67

Plut. l. l. App. l. l.

Quo anno hi duo praetores magistratu functi sint prorsus incertum est. hoc quidem constat eos ante annum, quo Pompeio lege Gabinia imperium contra praedones datum est i. e. ante a. u. 687 praetura functos a piratis captos esse. ex ratione qua Plutarchus haec refert colligi potest iam nonnullis annis ante legem Gabiniam mari a praedonibus occupato eos captos esse. fortasse igitur a. u. 680.

L. Sergius Catilina *Africam obtinuit a. u. 687.* paulo ante 687
67

Ascon. in toga candida p. 75. Catilina ex praetura Africam provinciam obtinuit. Quam cum graviter vexasset, legati Afri in senatu iam tum absente illo questi sunt multaeque graves sententiae de eo in senatu dictae sunt. ibid. p. 79. Paulo ante diximus Catilinam cum de provincia Africa decederet, petiturus consulatum et legati Afri questi [essent] de eo in senatu graviter vituperatum esse. Professus deinde est Catilina petere se consulatum. L. Volcacius Tullus consul (a. u. 688) consilium publicum habuit an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum, nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit a petitione. cf. id. in or. in toga candida p. 76. Cic. pro Caelio 4, 10. Sall. Cat. 18, 3.

Catilina igitur praetura a. u. 686 functus a medio anno u. 687 usque ad annum medium 688 provinciam Africam obtinuit atque iam anno u. 688 Romam reversus repetundarum accusatus est.

.. *Rubrius* *Macedoniam obtinuit a. u. 687.*

Plut. Cato min. 9. *Ἀποδειχθεὶς δὲ χιλίαρχος (Κάτων) εἰς Μακεδονίαν ἐπέμφθη πρὸς Ῥούβριον τὸν στρατηγόν.* c. 10. *Πομπήϊος τότε καὶ Λεύκολλος ἐθνῶν καὶ βασιλειῶν κατεστρέφοντο σὺν ὅπλοις περιιόντες.*

(id est a. u. 687, nam Lucullus eo anno contra Mithridatem bellum gessit, Pompeius adversus praedones pugnavit. cf. Fischer, Zeittafeln p. 209 sq.) Minus probabile mihi esse videtur quod Zumpt comment. epigr. 2 p. 184 sqq. demonstrare studuit L. Rubrium Culleolum a. u. 684 et 685 Macedoniam rexisse.

L. Licinius Lucullus *pr. urban.* 687
67

Dio 36, 41 (24) (a. u. 687). *Λούκιος δὲ δὴ Λούκολλος τὴν μὲν*

687 67 στρατηγίαν τὴν οἴκοι διῆρξε, τῆς δὲ δὴ Σαρδοῦς ἄρξαι μετ' αὐτὴν λαχὼν οὐκ ἠθέλησε . . . . . τοῦ γὰρ Ἀκιλίου (cos. a. u. 687) συντριβῆναι κατὰ δίφρον αὐτοῦ, ἐφ' οὗ ἐδίκαζε, κελεύσαντος, ὅτι παριόντα ποτὲ αὐτὸν ἰδὼν οὐκ ἐξανέστη, οὔτ' ὀργῇ ἐχρήσατο κτλ.

Q. Publicius.

Cic. pro Cluent. 45, 126. Non utar exemplorum copia, quae summa est, non rem veterem, non hominem potentem aliquem aut gratiosum proferam: nuper hominem tenuem, scribam aedilicium, D. Matrinium, cum defendissem apud M. Iunium Q. Publicium praetores et M. Plaetorium C. Flaminium aedilis curulis, persuasi, ut scribam iurati legerent eum, quem eidem isti censores aerarium reliquisse se subscripserunt.

M. Iunius pr. urbanus?

Cic. pro Cluent. l. l. Plin. H. N. 35, 36, 100. Cuius (Aristidis) tabulae gratia interiit pictoris inscitia, cui tegendam eam mandaverat M. Iunius praetor sub die ludorum Apollinarium.

Quo anno Q. Publicius et M. Iunius praetores, M. Plaetorius vero et C. Flaminius aediles curules fuerint hac fortasse ratiocinatione paulo accuratius definiri posse monuit me Kiesslingius v. ill. Causam D. Matrinii apud illos magistratus Ciceronem defendisse ante a. u. 688, quo anno Flaminium et Plaetorium quaestioni de sicariis praefuisse ex Ciceronis (pro Cluentio 53, 147) testimonio constat; eos autem tum non praetores sed iudices quaestionis fuisse Mommsenus mihi probavit (R. Staatsrecht 2, 1 p. 552 adnot. 2), qui antea de hac re dubitasse videtur cf. Münzwesen p. 623 adnot. 453 et p. 616 adnot. 440. Atque primo censurae Gellii Lentuliique (Cic. pro Cluentio 42, 120) anno 684 (de Boor fasti censorii p. 26) illam causam actam esse verisimile non est propter verba 'quem eidem isti censores aerarium reliquisse se subscripserunt', lustrum vero ab illis censoribus, qui mense Quintili magistratum iniere (Mommsen Staatsrecht 2, 1 p. 323 adnot. 2), non primo statim anno sed posteriore demum 685 conditum esse Mommsenus docuit (Monum. Ancyr. p. 22). Anno vero 685 Plaetorius et Flaminius aediles fuisse nequeunt, quoniam hoc anno Ciceronem et Caesonium aedilitate curuli functos esse constat. Insequenti anno 686 iterum duo plebeios aediles curules factos esse, quamquam mos ille quo alternis tantummodo annis aed. cur. ex plebe fierent inde ab a. u. 663 in desuetudinem abiit (Mommsen R. Forschungen p. 102, R. Staatsr. 2, 1 p. 452), probabilitate caret. Sic eo dedu-

cimur ut hos aediles et praeturam Publicii et Iunii in annum 687 incidisse statuamus, quocum bene congruit, quod Cicero de causa Matrinii tamquam de re recenti 'nuper cum defendissem D. Matrinium' in Cluentiana, quam a. u. 688 habitam esse constat, loqui videtur. Plaetorium vero et Flaminium ex aedilitate quaestionem sortitos esse cum exemplis a Mommseno (R. Staatsr. 2, 1 p. 553 adnot. 2) allatis consentaneum est. Etiam Schubertus (Roman. aedil. p. 414) aedilitatem Plaetorii et Flaminii anno 687 = 67 tribuit sed ea tantum causa commotus, quod Cicero in Cluentiana '*nuper* cum defendissem D. Matrinium' dixisset; contra Drumannus (5 p. 335 adnot. 84) D. Matrinium a. u. 685 apud hos magistratus a Cicerone defensum esse demonstrare studuit. 687 67

C. Licinius Macer. ante 688 66

Val. Max. 9, 12, 7. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir praetorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum sententiae dividerentur, in maenianum conscendit. si quidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat (pr. cf. Plut. Cic. 9), praetextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret se non damnatum sed reum perisse e. q. s. cf. Plut. Cic. 9. Cic. ad Att. 1, 4, 2. tr. pl. a. u. 681. Sall. hist. fr. 3, 81 Kr.

M. Tullius Cicero pr. repetundis. 688 66

Ascon. argum in Cornelianam p. 52. Sequenti deinde anno M'. Lepido L. Volcacio coss. (a. u. 688), quo anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de maiestate fecerunt. Cic. Brut. 93, 321. Ut multa omittam in hoc spatio et praetor primus et incredibili populi Romani voluntate sum factus. cf. Val. Max. 9, 12, 7 sub C. Licinius Macer p. 49. Cic. de imp. Cn. Pompei 1, 2. pro Cluent. 53, 147. pro Caelio 4, 10. in Pison 1, 2. Plut. Cic. 9. (Aur. Vict.) de vir. illustr. 81. Dio 36, 44 (27).

cos. 691 = 63.

C. Antonius Hybrida.

Cic. or. in toga cand. p. 83. An oblitus es (Antoni) te ex me, cum praeturam peteremus, petisse, ut tibi primum locum concederem? Ascon. in or. in toga cand. p. 76. Cum alterum competitorem suum Antonium in eadem hac oratione sua admoneat suo beneficio eum ex ultimo loco praeturae candidatum ad tertium pervenisse. cos. 691 = 63.

688 66 *C. Orchivius* *quaestioni peculatus praefuit.*

Cic. pro Cluent. 53, 147. Opinor haec omnia lege fieri totumque hoc iudicium, ut ante dixi, quasi mente quadam regi legis et administrari. quid ergo? haec quaestio sola ita gubernatur? quid M. Plaetorii et C. Flaminii inter sicarios? quid C. Orchivii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? (pr. a. u. 688). quid C. Aquilii, apud quem nunc ambitus causa dicitur? quid reliquae quaestiones? ibid. 34, 94. Nuper apud C. Orchivium, conlegam meum, locus ab iudicibus Fausto Sullae de pecuniis residuis non est constitutus. e. q. s.

C. Aquilius Gallus *quaestionem ambitus exercuit.*

Cic. pro Cluent. l. l. de off. 3, 14, 60. Nondum enim C. Aquilius, conlega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas. cf. Topic. 7, 32. Boethius 3 p. 333. cf. Orelli Onom. Tull. 2 p. 60.

M. Plaetorius et C. Flaminius, quorum in Cluentiana l. l. mentio fit, non praetores sed iudices quaestionum fuerunt cf. M. Iunius pr. p. 48.

P. Cassius *quaestionem maiestatis exercuit.*

Ascon. argum. in Cornel. p. 52. Sequenti deinde anno M'. Lepido L. Volcacio coss. (a. u. 688), quo anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de maiestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscripsit Caius. Et cum P. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse iussisset, eoque die ipse non affuisset, ... circumventi sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus.

689 65 *L. Licinius Murena* *pr. urban.?*

Cic. pro Murena 18, 37. Sed tamen, si est reddenda ratio, duae res vehementer in praetura desideratae sunt, quae ambae in consulatu Murenae profuerunt: e. q. s. ibid. 19, 38 (Si) hanc urbanam suffragationem (Murenae) militari anteponis, noli ludorum huius elegantiam et scenae magnificentiam valde contemnere. cf. ibid. 20, 41.

Galliam Narbonensem obtinuit a. u. 690.

Cic. pro Murena 41, 89. An se in contrariam partem terrarum abdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum

imperio libentissime viderit, eundem lugentem, maerentem, exsulem videat? cf. ibid. 20, 42. de harusp. resp. 20, 42. 689 65

a. u. 691 Murena consul designatus a Cicerone consule defensus est cf. Cic. pro Murena 1, 2.

cos. 692 = 62.

Ser. Sulpicius Rufus *quaestionem peculatus exercuit.*

Cic. pro Murena 17, 35. At enim in praeturae petitione prior renuntiatus Servius (quam Murena pr. 689). ibid. 20, 42. Quid tua (Sulpici) sors? tristis, atrox: quaestio peculatus, ... postremo tu in provinciam ire noluisti.

Consulatum a. u. 691 cum Murena petivit Cic. pro Murena 8, 7.

cos. 703 = 51.

Q. Gallius *quaestioni maiestatis praefuit.*

Ascon. argum. in Cornelian. p. 52. Sequenti deinde anno L. Cotta L. Torquato coss. (a. u. 689), quo haec oratio a Cicerone praetorio dicta est, ... p. 54. iudicium id (de maiestate) exercuit Q. Gallius praetor. cf. Ascon. in or. in toga cand. p. 78.

C. Attius Celsus. 689? 65?

Cic. pro Cornelio p. 57. Petivit tamen a me praetor maxima contentione, ut causam Manili defenderem. Ascon. in Cornel. l. l. p. 57. C. Attium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.

C. Manilius trib. pl. a. u. 688 ex tribunatu accusatus est. Plut. Cic. 9. Dio 36, 44.

P. Orbius *Asiam obtinuit a. u.* 690. paulo ante 690 64

Cic. pro Flacco 32, 79. Haec Apollonidienses occasione facta ad Flaccum detulerunt? apud Orbium acta non sunt? ad Globulum delata non sunt? ad senatum nostrum me consule (a. u. 691) nonne legati Apollonidienses omnia postulata de iniuriis unius Deciani detulerunt? ibid. 31, 76. P. Orbius, homo et prudens et innocens, contra te (Deciane) omnia decrevit. apud P. Globulum, meum necessarium fuisti gratiosior. utinam neque ipsum neque me paeniteret! Flaccum iniuria decrevisse in tua re dicis.

Ex locis allatis elucet Orbium antecessorem P. Globuli fuisse. Asiam igitur a. u. 690 obtinuit. cf. P. Globulus pr. p. 52.

paulo ante 691 / 63 *P. Servilius Globulus* *Asiam obtinuit a. u.* 691.

Schol. Bob. ad or. pro Flacco p. 245 Or. Ait P. Globulum decessorem illius (Flacci) de portione huius hereditatis ante adventum Flacci iudicasse; cf. Cic. pro Flacco 32, 79. ibid. 34, 85. ibid. 37, 91.

L. Valerius Flaccus propr. Asiae a. u. 692 cf. p. 53.

691 / 63 *Q. Pompeius Rufus.*

Sall. Cat. 30, 3. Senati decreto Q. Marcius Rex Faesulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque ea loca missi .... sed praetores Q. Pompeius Rufus Capuam Q. Metellus Celer in agrum Picenum, eisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum compararent. (a. u. 691).

Africam obtinuit a. u. 692.

Cic. pro Caelio 30, 73. Cum autem paulum iam roboris accessisset aetati, in Africam profectus est, Q. Pompeio proconsuli contubernalis, castissimo homini atque omnis officii diligentissimo, e. q. s.

Q. Caecilius Metellus Celer.

Sall. Cat. l. l. ibid. 42, 3. Ex eo numero compluris Q. Metellus Celer praetor ex senatus consulto causa cognita in vincula coniecerat. Cic. pro Sulla 23, 65. Kalendis Ianuariis (a. u. 691) cum in Capitolium nos senatum convocassemus, nihil est actum prius, et id mandatu Sullae Q. Metellus praetor se loqui dixit, Sullam illam rogationem de se nolle ferri. cf. Cic. in Catil. 1, 8, 19. ibid. 2, 3, 5. Dio 37, 27.

Galliam cisalpinam obtinuit a. u. 692.

Cic. ad fam. 5, 2, 3. (M. Tullius M. f. Cicero Q. Metello Q. f. Celeri procos. s. d.) Illud dico, me, ut primum in contione provinciam deposuerim, statim, quemadmodum eam tibi traderem, cogitare coepisse e. q. s.

Galliam cisalpinam permutatam cum Macedonia in contione se deposuisse ipse in oratione in Pison. 2, 5 dicit. cf. Dio 37, 33. Plut. Cic. 12. Plin. H. N. 2, 67, 170.

cos. 694 = 60.

L. Valerius Flaccus.

Sall. Catil. 45, 1. His rebus ita actis, constituta nocte qua

proficiscerentur (legati Allobrogum) Cicero (cos. a. u. 691) per legatos cuncta edoctus L. Valerio Flacco et C. Pomptino praetoribus imperat, ut in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. in Catil. 3, 2, 5. Itaque hesterno die L. Flaccum et C. Pomptinum praetores ..... ad me vocavi, rem exposui, quid fieri placeret, ostendi e. q. s. cf. ibid. 6, 14. pro Flacco 40, 102. ad Att. 2, 25, 1. 691 63

Asiam obtinuit a. u. 692.

Cic. pro Flacco 13, 30. Nos hic nonne ipso Pompeio auctore Silano et Murena consulibus (a. u. 692) decrevimus, ut classis in Italia navigaret? nonne eo ipso tempore, cum L. Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superum et inferum sestertium ter et quadragiens erogabamus? ibid. 40, 100. Asiaticae iuris dictioni (Flacci) urbana iurisdictio respondebit. cf. ibid. 3, 6. Caes. b. c. 3, 53.

C. Pomptinus.

Sall. Cat. 45, 1. vide supra L. Valerius Flaccus pr. 691. cf. Cic. in Cat. 3, 2, 5. ibid. 6, 14.

Galliam Narbonensem obtinuit a. u. 692—695.

Dio 37, 47. *Ἐν μὲν οὖν τῇ πόλει ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη* (a. u. 693), *τῶν δὲ Ἀλλοβρίγων τὴν Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα πορθούντων Γάιος Πομπεῖνος ὁ ἄρχων αὐτῆς τοὺς μὲν ὑποστρατήγους ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ ἐν ἐπιτηδείῳ ἱδρυθεὶς ἐπετήρει τὰ γιγνόμενα.* Liv. Epit. 103. C. Pontinus praetor Allobrogas, qui rebellaverant, ad Solonem domuit. P. Clodius ad plebem transiit (a. u. 695 cf. Dio 38, 12). cf. Cic. de prov. cos. 13, 32. Schol. Bob. in or. in Vatinium p. 322 Or.

Diu a triumphando impeditus a. u. 700 de Allobrogibus triumphavit. Acta triumph. C. I. L. 1 p. 460 et 464. cf. Cic. ad Q. fr. 3, 4, 6. ad Att. 4, 18, 4 (16, 12).

Nomen eius scribendum esse Pomptinum inscriptionibus confirmatur. cf. C. I. L. 1 p. 464. ad a. u. 700. de propraetura eius cf. Herzog hist. Galliae Narbon. p. 69.

P. Cornelius Lentulus Sura *pr. II.*

Sall. Cat. 46, 5. Consul (Cicero a. u. 691). Lentulum, quod

691
63 praetor erat, ipse manu tenens perducit, reliquos cum custodibus in aedem Concordiae venire iubet. Vellei. 2, 34, 4. Catilina metu consularis imperi urbe pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethegusque et alii clari nominis viri auctore senatu, iussu consulis (Ciceronis) in carcere necati sunt. cf. Liv. Epit. 102. Flor. 2, 12 (4, 1). Dio 37, 30. App. b. c. 2, 2. Plut. Cic. 17. Cic. in Catil. 3, 6, 14 et 15. cos. 683 = 71.

C. Cosconius.

Cic. pro Sulla 14, 41. Introductis in senatum indicibus institui (Cic. cos. a. u. 691) senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent .... C. Cosconium, qui tum erat praetor, M. Messallam, qui tum praeturam petebat, P. Nigidium, Appium Claudium.

Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 692.

Cic. in Vatin. 5, 12. Post quaesturam exierisne (Vatini) legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio proconsule?

P. Vatinius quaestor fuit Cicerone et Antonio coss. a. u. 691 Cic. in Vatin. 5, 12.

C. Sulpicius (Gallus).

Cic. in Catil. 3, 3, 8. Atque interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium praetorem ..... misi (cos. a. u. 691), qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret. cf. Plut. Cic. 19.

L. Roscius Otho.

Plut. Cic. 13. *Δεῖγμα δ'αὐτοῦ (Κικέρωνος) τῆς περὶ τὸν λόγον χάριτος καὶ τὸ περὶ τὰς θέας ἐν τῇ ὑπατείᾳ* (a. u. 691) *γενόμενον. Τῶν γὰρ ἱππικῶν πρότερον ἐν τοῖς θεάτροις ἀναμεμιγμένων τοῖς πολλοῖς καὶ μετὰ τοῦ δήμου θεωμένων, ὡς ἔτυχε, πρῶτος διέκρινεν ἐπὶ τιμῇ τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν ἄλλων πολιτῶν Μάρκος Ὄθων στρατηγῶν κτλ.*

A ceteris scriptoribus lator legis Rosciae theatralis L. nominatur. cf. Liv. Epit. 99. Cic. pro Murena 19, 40. tr. pl. a. u. 687 Liv. Epit. 99. Dio 36, 24. ibid. 42. cf. Lange R. Alterthümer 3 p. 236.

L. Cornelius Lentulus. ante 692 62

Cic. pro Archia 5, 9. Cum Appii tabulae neglegentius adservatae dicerentur, Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit et unius nominis litura se commotum esse dixerit.

Praetor L. Cornelius Lentulus fuit inter a. u. 665, quo M. Plautii Silvani et C. Papirii Carbonis tribunorum pl. lex de civitate lata est (Schol. Bob. argum. in or. pro Archia p. 353 Or. Ascon. in Cornelian. p. 70), et a. u. 692, quo Archia a Cicerone defensus est (Schol. Bob. ad or. pro Archia p. 354 Or.). cf. Q. Caecilius Metellus et Ap. Claudius Pulcher praetores a. u. 665 p. 25).

C. Iulius Caesar. 692 62

Plut. Cic. 23. *Οὐ μὴν ἀλλ' ἦσαν οἱ τὸν Κικέρωνα* (cos. a. u. 691) *παρεσκευασμένοι καὶ λέγειν ἐπὶ τούτοις καὶ ποιεῖν κακῶς ἔχοντες ἡγεμόνας τῶν εἰς τὸ μέλλον ἀρχόντων Καίσαρα μὲν στρατηγοῦντα, Μέτελλον δὲ καὶ Βησταίαν δημαρχοῦντας.* Dio 37, 44. *Γενομένου δὲ τούτου* (a. u. 692) *οὐδ' ὁ Καῖσαρ, ἐστρατήγει δὲ, οὐδὲν ἔτ' ἀνεωτέρισεν.* cf. Plut. Caes. 8. Cato min. 27. Vellei. 2, 43, 3. Suet. Caes. 14. Schol. Bob. in or. pro Sestio p. 302 Or. Cic. ad Att. 2, 24, 3. ibid. 12, 21, 1.

Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 693.

Suet. Caes. 18. Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam, retinentes creditores interventu sponsorum removit. cf. ibid. 54. ibid. 71. Cic. pro Balbo 19, 43. Plut. Caes. 11. Crass. 7. Dio 37, 52. App. Iber. 102. b. c. 2, 8. Zonar. 10, 6.

cos. 695 = 59.

M. Calpurnius Bibulus.

Caes. b. c. 3, 16. Prodit Libo atque excusat Bibulum, quod is iracundia summa erat, inimicitiasque habebat etiam privatas cum Caesare ex aedilitate et praetura conceptas. cf. Oros. 6, 6.

cos. 695 = 59.

Q. Tullius Cicero.

Cic. pro Archia 2, 3. Cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum etc. Schol. Bob. ad l. l. p. 354 Or. Hanc enim causam lege Papia de civitate Romana apud Quin-

692 tum Ciceronem dixit Archias huius M. Tullii fratrem. cf. Cic.
62 pro Archia 2, 3. Schol. Bob. ad l. l. p. 354 Or. Cic. pro Plancio 40, 95. cf. Fischer R. Zeittafeln p. 230.

Asiam obtinuit a. u. 693, 694, 695.

Cic. pro Flacco 14, 33. At enim negas fratrem meum, qui L. Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse. (L. Valerius Flaccus propr. Asiam obtinuit a. u. 692 cf. p. 53) ad Att. 1, 15, 1 (scr. Romae Idibus Martiis a. u. 693) Asiam Quinto, suavissimo fratri, obtigisse audisti. ad Qu. fr. 1, 1, 10, 30 (scr. Romae a. u. 694) Qua re cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiae prorogatus esse videatur. cf. ibid. 14, 40. Cic. ad fam. 2, 15, 4. Fortasse etiam illud adderent, senatum eos voluisse provinciis praeesse, qui antea non praefuissent; fratrem meum triennium Asiae praefuisse. ad Att. 3, 9, 1. (scr. Thessalonicae Idibus Iuniis a. u. 696). Quintus frater cum ex Asia discessisset ante Kal. Maias et Athenas venisset Idibus, valde fuit ei properandum, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis forte fuisset, qui contentus nostris malis non esset.

Q. Cicero igitur ab Idibus Martiis a. u. 693 usque ad finem mensis Aprilis a. u. 696 Asiae praefuit. cf. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 674.

C. Vergilius.

Cic. pro Plancio 40, 95. Ego enim .... Siciliam petivi animo, quae et ipsa erat mihi sicut domus una coniuncta et obtinebatur a C. Vergilio, quocum me uno vel maxime cum vetustas tum amicitia, cum mei fratris conlegia tum rei publicae causa sociarat.

Siciliam obtinuit a. u. 693—696.

Schol. Bob. in or. in Clod. p. 333 Or. De freto, quod ait, illud significat, quo Sicilia ab Italia separatur; in qua se provincia sub C. Vergilio gratularetur idem (Clodius) futurum esse quaestorem. (P. Clodius quaestor a. u. 693. Cic. de harusp. resp. 20, 43.) Cic. pro Plancio 40, 96. Vide nunc caliginem temporum illo-

rum: cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet, 692
praetor ille (C. Vergilius), eiusdem tribuni plebis contionibus 62
propter eandem rei publicae causam saepe vexatus, nihil amplius dico nisi me in Siciliam venire noluit (sc. Ciceronem lege Clodia exterminatum a. u. 696). cf. Plut. Cic. 32. Cic. ad Q. fr. 1, 2, 2, 7.

? *M. Valerius Messalla.*

Cic. pro Sulla 14, 42. Introductis in senatum indicibus institui (cos. a. u. 691) senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent, ... C. Cosconium, qui tum erat praetor, M. Messallam, qui tum praeturam petebat, P. Nigidium, Appium Claudium.

Num Messalla iam a. u. 692 praeturam nactus sit dubium esse potest, sed inter eum annum et a. u. 701, quo fasces summos tenuit, praetura eum functum esse necesse est. nam falso verba Ciceronis laudata ab Orellio, (Onom. Tull. p. 630) Baitero, aliis ad M. Messallam Nigrum, qui iam a. u. 693 consul factus praeturam anni 692 nullo modo petere potuit, relata esse cluet. pertinent autem ad M. Messallam cos. 701 = 53. Tot annos haud raro inter praeturam et consulatum interpositos esse nonnullis exemplis si haec modo series praetorum percurritur facile demonstrari potest. velut P. Servilius Vatia pr. 664 cos. 675. Q. Caecilius Metellus pr. 665 cos. 674. Ap. Claudius Pulcher pr. 665 cos. 675. M. Pupius Piso pr. 683 cos. 693. Ser. Sulpicius Rufus pr. 689 cos. 703. Q. Fufius Calenus pr. 695 cos. 707. C. Sosius pr. 705. cos. 722.

C. Papirius Carbo *Bithyniam obtinuit a. u. 693—695.* paulo ante 693
61

Dio 36, 40. *Τοῦ γοῦν Κότιου τοῦ Μάρκου τὸν μὲν ταμίαν Πούπλιον Ὄππιον ἐπί τε δώροις καὶ ἐπὶ ὑποψίᾳ ἐπιβουλῆς ἀποπέμψαντος, αὐτοῦ δὲ πολλὰ ἐκ τῆς Βιθυνίας χρηματισαμένου, Γάιον Κάρβωνα τὸν κατηγορήσαντα αὐτοῦ τιμαῖς ὑπατικαῖς, καίπερ δεδημαρχηκότα μόνον, ἐσέμνυναν. καὶ οὗτος μὲν τῆς τε Βιθυνίας καὶ αὐτὸς ὕστερον ἄρξας, καὶ μετριώτερον οὐδὲν τοῦ Κόττου πλημμελήσας ἀντικατηγορήθη ὑπὸ τοῦ υἱέος αὐτοῦ καὶ ἀνθεάλω.*

Ex hoc loco et numis, quibus anni Bithynici *ΒΚΣ* et *ΔΚΣ* (id est = a. u. 693 et 695) et *ἐπὶ Γαΐου Παπιρίου Κάρβωνος* leguntur, Borghesi (oeuvres 1 p. 221 et 2, p. 354 sqq.) Carbonem ab anno u. 693 usque ad annum u. 695 ex praetura Bithyniam rexisse luculenter probavit.

693 61 *C. Octavius.*

Vell. 2, 59, 2. (C. Octavius) praetor inter nobilissimos viros creatus primo loco, ... cum ex eo honore sortitus Macedoniam, appellatusque in ea imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit, praetextato relicto filio. Cic. ad Qu. fr. 1, 1, 7, 21 (scr. a. u. 694) Adiungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satis faciendo ac disputando diligentia. iis rebus nuper C. Octavius iucundissimus fuit, apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus, quotiens quisque voluit dixit et quam voluit diu; ..... quod si haec lenitas grata Romae est, ... quam iucunda tandem praetoris comitas in Asia potest esse.

Macedoniam obtinuit a. u. 694 et 695.

Suet. Aug. 3 (C. Octavius) ex praetura Macedoniam sortitus, fugitivos, ... in itinere delevit ..... Provinciae praefuit non minore iustitia quam fortitudine; namque Bessis ac Thracibus magno proelio fusis, ita socios tractavit, ut epistolae M. Ciceronis extent quibus Quintum fratrem, eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem, hortatur et monet, imitetur in promerendis sociis vicinum suum Octavium. Cic. ad Qu. fr. 1, 2, 2, 7. (scr. mense Novembri a. u. 695) Et mediocri me dolore putas adfici, cum audiam, qua sit existimatione Vergilius, qua tuus vicinus C. Octavius? cf. Vell. l. l. C. I. L. 1 p. 278 elog. 6.

ante 694 60 *L. Calpurnius Piso Caesoninus.* *pr. a. u.* 693?

Cic. in Pison. 1, 2. Tu (Piso) cum quaestor es factus, etiam qui te nunquam viderant, tamen illum honorem nomini mandabant tuo; aedilis es factus: Piso est a populo Romano factus, non iste Piso; praetura item maioribus delata est tuis. cf. Drumann 2 p. 64. cos. 696 = 58.

694 60 *P. Cornelius Lentulus Spinther* *pr. urban.*

Plin. H. N. 19, 6, 23. Carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinther Apollinaribus ludis. mox Caesar dictator totum forum Romanum intexit. Val. Max. 2,

194

4, 6. (Scaenam) argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit. 694 60

Hispaniam citeriorem obtinuit a. u. 695—696.

Caes. b. c. 1, 22. (Lentulus Spinther) Caesaris in se beneficia exponit; quae erant maxima. quod per eum in collegium pontificum venerat, quod provinciam Hispaniam ex praetura habuerat, quod in petitione consulatus erat sublevatus. Cic. ad fam. 1, 9, 13. Postea cum tu (Lentule) Hispaniam citeriorem cum imperio obtineres neque res publica consules haberet,... iecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem dissensionemque civilem. (id est a. u. 696 cf. Fischer R. Zeittafeln p. 239). cos. 697 = 57.

Q. Caecilius Metellus Nepos.

Dio 37, 51. *Ταῦτά τε οὖν οὕτως ἐπράχθη* (a. u. 694), *καὶ ἐπειδὴ τὰ τέλη δεινῶς τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν ἐλύπει, ὁ μὲν νόμος ὁ καταλύσας αὐτὰ πᾶσιν ἀρεστὸς ἐγένετο, τῷ δὲ στρατηγῷ τῷ ἐσενεγκόντι αὐτὸν ἀχθόμενοι οἱ βουλευταί — ὁ γὰρ Μέτελλος ὁ Νέπως ἦν — ἠθέλησαν τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἀπαλεῖψαι ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ ἕτερον ἀντεγγράψαι.*

cos. 697 = 57.

Q. Voconius Naso. ante 695 59

Cic. pro Flacco 21, 50. Q. Naso vir ornatissimus, qui praetor fuerat, iudex sumitur.

In iudicio Cluentiano a. u. 688 Voconius Naso iudex quaestionis non praetor fuit (Cic. pro Cluent. 53, 147; ibid. 54, 148); in oratione pro Flacco, quae a. u. 695 habita est (Cic. ad Att. 2, 25, 1), l. l. praetorius appellatur, ergo inter 688 et 695 Voconius praetura functus est.

Num Asiam provinciam obtinuerit incertum est, minime autem iam a. u. 689 proprae tor Asiae esse potuit, quod Borghesi (oeuvres 1 p. 280) et Bergmann (Philol. 2 (1847) p. 670) volunt. cf. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 673 et Orelli Onom. Tull. 2 p. 649.

M. Attius Balbus.

Suet. Aug. 4. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum Pompeium artissimo contingebat gradu functusque honore praeturae inter vigintiviros agrum Campanum plebi Iulia lege divisit.

ante 695
59 (lex Iulia agraria a Caesare consule (a. u. 695) lata est de XX viris creandis, ut ager Campanus plebi divideretur. Vellei. 2, 44, 4).

cf. Cic. Phil. 3, 6, 16. ad Att. 2, 12, 1.

paulo ante 695
59 *L. Marcius Philippus* *Syriam obtinuit a. u.* 695.

App. Syr. 51. *Συρίας δ'εὐθὺς ὁ Πομπήιος Σκαῦρον τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἑαυτῷ γενόμενον ταμίαν ἔταξεν ἡγεῖσθαι, καὶ ἡ βουλὴ Φίλιππον ἐπὶ Σκαύρῳ τὸν Μάρκιον, καὶ Μαρκελλῖνον Λέντλον ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ, ἀμφὼ στρατηγικοὺς κατ' ἀξίωσιν..... ..εἰς τὸ ἑπεῖτα ἐγένοντο Συρίας στρατηγοὶ τῶν τὰ ἐπώνυμα ἀρξάντων ἐν ἄστει . . . καὶ πρῶτος ἐκ τῶνδε ἐπέμφθη Γαβίνιος* (cos. a. u. 696) *μετὰ στρατιᾶς.* cos. 698 = 56.

695
59 *Q. Fufius Calenus.*

Dio 38, 8. (a. u. 695). *Κύιντος δὲ Φούφιος Καλῆνος ἀναμὶξ πάντων τὰ ϛψήφους, ἔν γε ταῖς φιλονεικίαις, τά τε κρείττω πρὸς σφᾶς ὡς ἑκάστου τῶν γενῶν ἄγοντος καὶ τὰ ἀτοπώτερα ἐς ἑτέρους ἀπωθοῦντος, οὖσας εὑρὼν, ἐνομοθέτησε στρατηγῶν χωρὶς αὐτοὺς ὡς ἑκάστους ψηφίζεσθαι.*

cf. Mommsen Münzwesen p. 639 n. 285. cos. 707 = 47.

T. Vettius (Sabinus) quaestionem de repetundis sortitus obtinuit.

Cic. pro Flacco 34, 85. Tu, T. Vetti, si quae tibi in Africa venerit hereditas, usu amittes, an tuum nulla avaritia salva dignitate retinebis?

L. Flaccus a Cicerone defensus est a. u. 695 (Cic. ad Att. 2, 25, 1), Vettius praetor quaestionem de repetundis sortitus in hac causa Flacci quaesitor fuit, in posterum annum Africa provincia ei designata erat. ad eum fortasse referendi sunt denarii (apud Mommsenum Münzwesen p. 646 n. 298), quibus inscriptum est T. Vettius Sabinus.

? *Cn. Cornelius Lentulus Clodianus.*

Cic. in Vatin. 11, 27. Quaero, cum lex esset aequa promulgata initio magistratus, multas iam alias tulisses, exspectarisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum?

Antonius a. u. 695 accusatus (Cic. de domo 16, 41 Suet. Caes. 20) apud eum Cn. Cornelium Lentulum Clodianum, qui iam a. u. 682 consul fuerat, defendi non potuit. Fortasse autem eius filius Cn. Cornelius Lentulus Clodianus (Cic. ad Att. 1, 19, 2) hoc anno quaesitor vel praetor

494

fuit. apud eum Antonium rem factum esse Mommsenus (R. Staatsrecht 2, 1 p. 548 adnot. 1) optimo iure contendere videtur. ab aliis autem (cf. Orelli Onom. Tull. 2 p. 177) l. l. de Cn. Lentulo Marcellino, quem quidem hoc anno praetura functum esse constat, cogitatur quod minus verisimile est, quia valde mirum esse debet, quod Cn. Lentulus Marcellinus hoc uno loco Cn. Lentulus Clodianus nominatur. Pighius (Annal. 3 p. 353) a. u. 695 apud praetores Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum et Q. Claudium Flamininum Antonium accusatum esse existimat, nam Q. Claudii nomen in Vatinianae loco editionibus veteribus usque ad Lambinum propagatum, nullo autem codice traditum est. hoc errore ductus Pighius Q. Claudium, qui nusquam praeterea commemoratur, cognomine Flaminini ornatum a. u. 695 praetura functum esse falso coniecit. 695 59

Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus *Syriam obtinuit a. u.* 696. paulo ante 696 58

App. Syr. 51. *Συρίας δ'εὐθὺς ὁ Πομπήϊος Σκαῦρον τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἑαυτῷ γενόμενον ταμίαν ἔταξεν ἡγεῖσθαι, καὶ ἡ βουλὴ Φίλιππον ἐπὶ Σκαύρῳ τὸν Μάρκον, καὶ Μαρκελλῖνον Λέντλον ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ, ἀμφὼ στρατηγικοὺς κατ' ἀξίωσιν ..... ἐς τὸ ἔπειτα ἐγένοντο Συρίας στρατηγοὶ τῶν τὰ ἐπώνυμα ἀρξάντων ἐν ἄστει ..... καὶ πρῶτον ἐκ τῶνδε ἐπέμφθη Γαβίνιος* (cos. a. u. 696) *μετὰ στρατιᾶς.*

cf. Mommsen Münzwesen p. 611 n. 242. cos. 698 = 56.

C. Fabius (Hadrianus) *Asiam obtinuit a. u.* 696.

In cistophoris legitur (C. I. L. 1 p. 143 n. 520) *δφς.* oz. C. Fabii M. f. procos. (alia oppida monetaria sunt: Apamea, Pergamum, Tralles.) Borghesi (oeuvres 1, p. 278 sq. 2 p. 442 sq.) luculentissime docuit oz annum respondere anno u. 696, auctumno autem incipere. Fabius igitur successor Q. Tullii Ciceronis fuit et sicut illo propraetor cum potestate proconsulari. cf. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 674.

L. Appuleius Saturninus *Macedoniam obtinuit a. u. 696.*

Schol. Bob. argum. in or. pro Plancio p. 253 Or. Illo quippe anno (quo Cicero aqua et igni interdictus ex urbe cesserat) sub L. Apuleio praetore quaestura Plancius in Macedonia fungebatur. cf. Cic. pro Plancio 8, 19.

L. Domitius Ahenobarbus. 696 58

Suet. Caes. 23. Functus consulatu (Caesar a. u. 695), Gaio Memmio Lucioque Domitio praetoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem senatui detulit; nec illo suscipiente,

696 58 triduoque per inritas altercationes absumpto, in provinciam abiit. cf. Ascon. in Milon. p. 39. Schol. Bob. in Sest. p. 297 Or. Cic. ad Q. fr. 1, 2, 5, 16. cos. 700 = 54.

C. Memmius.

Schol. Bob. in Sest. p. 297 Or. De actis loquitur, quae habuit in consulatu C. Caesar inauspicato, ut videbatur; qua de re adversus eum egerant in senatu C. Memmius et L. Domitius praetores, et ipsius Caesaris orationes contra hos exstant, quibus et sua acta defendit et illos insectatur. Dat ergo causam C. Caesaris, ut videatur ea propter et Clodio tribuno et consulibus Pisoni et Gabinio (a. u. 696) in perniciem M. Tullii consensisse, ut ea, quae in consulatu gesserat, permanerent. cf. Cic. in Vatin. 14, 33. ibid. 14, 34. Schol. Bob. in or. in Vatin. l. l. p. 323 Or. Cic. ad Q. fr. 1, 2, 5, 16. Suet. Caes. 23. cf. L. Domitius Ahenobarbus pr. p. 61.

Bithyniam obtinuit a. u. 697.

Catull. 10, 5, sqq. ibid. 28, 6 sqq. cf. Borghesi oeuvres 2 p. 354 sqq. Mommsen Münzwesen p. 597.

L. Cornelius Lentulus Crus.

Cic. in Pison. 31, 77. Nonne ad te (sc. ad Pisonem cos. a. u. 696) L. Lentulus, qui tum erat praetor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, non M. Lucullus venit? cf. Cic. ad Qu. fr. 1, 2, 5, 16. cos. 705 = 49.

P. Nigidius Figulus.

Cic. ad Q. fr. 1, 2, 5, 16 (scr. mense Novembri a. u. 695) Praetores (sc. designatos) habemus amicissimos et acerrimos civis, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum; bonos etiam alios hos singularis. cf. Or. On. Tull. 2 p. 422.

L. Flavius.

Ascon. in Milon. p. 41. Pisone et Gabinio coss. (a. u. 696) pulso Cicerone in exilium ..... Pompeius statim domum rediit [et] ex eo domi [se] tenuit. Obsessus est etiam a liberto Clodi Damione, ut ex actis [eius] anni cognovi, in quibus XV Kal. Septembris L. Novius, tribunus plebis, collega Clodi, cum

494

Damio adversum [L.] Flavium praetorem appellaret tribunos, et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit e. q. s. Cic. ad Q. fr. 1, 2, 3, 10 (scr. mense Novembri a. u. 695) Cum hanc paginam tenerem, L. Flavius, praetor designatus, ad me venit, homo mihi valde familiaris. cf. Dio 38, 30. 696 58

T. Ampius Balbus *Asiam obtinuit a. u. 697.* paulo ante 697 57

Cic. ad fam. 1, 3, 2 (scr. mense Ianuario a. u. 698). Cicero s. d. P. Lentulo procos. Vehementer rogo te commendoque tibi eius omnia negotia, libertos, procuratores, familiam, inprimisque ut, quae T. Ampius de eius re decrevit, ea comprobes.

In numis cistophoris Ephesi, Laodiceae, Trallibus cusis legitur: T. Ampi. T. f. procos. (C. I. L. 1 p. 143 n. 521. cf. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 675.) In Ephesiis numerus ex annum, quo numus cusus esset designare atque respondere eum anno u. 697 Borghesi (oeuvres 1 p. 272 sqq.) demonstravit cf. Waddington l. l.

L. Caecilius Rufus *pr. urban.* 697 57

Ascon. in Milon. p. 43. L. Caecilius Rufus, de quo dicitur, fuit [praetor] P. Lentulo Spinthere Q. Metello Nepote coss. (a. u. 697), quo anno Cicero restitutus est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo anonae caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi causa consederant, pellerentur. cf. Cic. pro Milone 14, 38. post red. in senatu 9, 22. C. I. L. 1 p. 187 n. 639.

Ap. Claudius Pulcher.

Cic. in Pison. 15, 35. De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul (a. u. 697) de conlegae Q. Metelli sententia e. q. s. Ascon ad l. l. p. 10. Frater ille 'inimici mei', id est P. Clodii, Ap. Claudius, sicut iam saepe [diximus] significatur, qui fuit praetor. cf. Cic. pro Milone 15, 39. pro Sestio 36, 78. Schol. Bob. in Milon. p. 288 Or. in or. pro Sestio p. 307 Or. Dio 39, 6.

Sardiniam obtinuit a. u. 698.

Plut. Caes. 21. *Καὶ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν καὶ μεγίστων οἱ*

697 57 πλεῖστοι συνῆλθον πρὸς αὐτὸν εἰς Λοῦκαν (a. u. 698 Suet. Caes. 24) Πομπήϊός τε καὶ Κράσσος καὶ Ἄππιος ὁ τῆς Σαρδόνος ἡγεμὼν καὶ Νέπως ὁ τῆς Ἰβηρίας ἀνθύπατος. cos. 700 = 54.

Q. Valerius Orca.

Cic. post red. in senatu 9, 23. Iam vero praetores quo animo in me fuerint ..... omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quinctilii, C. Cornuti summa et in me et in rem publicam constiterunt.

Oratio haec habita est a. u. 697. Cic. ad Att. 4, 1, 5.

Africam obtinuit a. u. 698.

Cic. ad fam. 13, 6 a 2 (scr. Romae a. u. 698) M. Cicero Q. Valerio Q. f. Orcae procos. Cuspius, homo in omnis suos officiosissimus, mirifice quosdam homines ex ista provincia tuetur et diligit propterea, quod fuit in Africa bis, cum maximis societatis negotiis praeesset. cf. ibid. 13, 6 b.

C. Caecilius Cornutus.

Cic. post red. in senatu 9, 23. Iam vero praetores quo animo in me fuerint, ... omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Crassi, Sex. Quinctilii, C. Cornuti summa et in me et in rem publicam constiterunt.

Bithyniam obtinuit a. u. 698.

Eum huic provinciae hac aetate praefuisse ex numo Amisi cuso, qui inscriptus est Ἐπὶ Γαΐου Καικιλίου Κορνούτου Borghesi (oeuvres 1 p. 463 sq. et 2 p. 354) docuit.

P. Licinius Crassus.

Cic. post red. in senatu l. l.

Sex. Quinctilius (Varus).

Cic. post red. in senatu l. l.

C. Septimius.

Cic. post red. in senatu l. l.

M. Calidius.

Cic. post red. in senatu 9, 22: Iam vero praetores quo animo in me fuerint vos existimare potuistis, cum L. Caecilius privatim me suis omnibus copiis studuerit sustentare, publice

494

promulgarit de mea salute cum conlegis paene omnibus, direptoribus autem bonorum meorum in ius adeundi potestatem non fecerit. M. autem Calidius statim designatus sententia sua quam esset cara sibi mea salus declaravit. 697 57

Galliam cisalpinam obtinuit a. u. 706.

Hieron. chron. ad Abr. ann. 1960. M. Calidius orator clarus habetur, qui bello civili Caesarianas partes secutus cum togatam Galliam regeret, Placentiae obiit.

C. Claudius Pulcher. 698 56

Dio 39, 21 (a. u. 698). *Ὁ δ' οὖν Κικέρων ὡς καὶ παθὼν αὐτὸ ὀργήν τε εἶχε καὶ κατηγορίας ἐποιεῖτο, καὶ τέλος τόν τε Μίλωνα καὶ δημάρχους τινὰς παραλαβὼν ἀνῆλθέ τε ἐς τὸ Καπιτώλιον καὶ τὰς στήλας τὰς ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ φυγῇ ἀπὸ τοῦ Κλωδίου σταθείσας καθεῖλε. Καὶ τότε μὲν αὐτὰς ἐκείνου σύν Γαΐῳ τῷ ἀδελφῷ στρατηγοῦντι ἐπελθόντος ἀφῃρέθη. κτλ.*

Asiam obtinuit a. u. 699—700.

Schol. Bob. in or. pro Scauro p. 374 Or. Isti Claudii tres erant senatores fratres; unus qui modo consul est (a. u. 700), alius qui Asiam tenebat praetorio imperio; tertius ille Claudius, qui se de patricio plebeium fecerat. Cic. pro Scauro 15, 35. 'At enim frater iam non petit' (sc. frater P. Clodi i. e. C. Claudius Pulcher) quid tum? si ille retentus a cuncta Asia supplice, si a negotiatoribus, si a publicanis, si ab omnibus sociis civibus exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae, propterea putas semel exulceratum animum tam facile potuisse sanari? cf. Cic. ad Att. 4, 15, 2.

(Oratio pro Scauro habita est a. u. 700 Ascon. argum. in Scaur. p. 16.)

In cistophoris Ephesi, Pergami, Trallibus cusis inscriptum est: Pulcher procos. vel C. Pulcher procos. vel c. Pulcri. Ap. f. pro cos. (C. I. L. 1 p. 143 n. 522.) In Ephesinis numero *II* annus, quo numus cusus est, significatur i. e. a. u. 699/700. cf. Borghesi oeuvres 2 p. 443. Waddington fastes des provinces Asiatiques p. 675.

Cn. Domitius Calvinus quaestionem ambitus exercuit.

Cic. ad Q. fr. 2, 3, 6. (scr. prid. Id. Febr. et XV Kal. Mart.

698
56 a. u. 698) A. d. III. Idus Febr. dixi pro Bestia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium in foro medio. cf. ibid. 3, 4, 1. Cic. pro Sestio 53, 113. in Vatin. 16, 38. Schol. Bob. in or. pro Sestio l. l. p. 403 Or. in or. in Vatin. l. l. p. 324 Or.

cos. 701 = 53.

M. Aemilius Scaurus.

Cic. pro Sestio 54, 116. Ex te igitur, Scaure, potissimum quaero, qui ludos apparatissimos magnificentissimosque fecisti, ecquis istorum popularium tuos ludos aspexerit, ecquis se theatro populoque Romano commiserit. cf. ibid. 47, 101.

Oratio pro P. Sestio habita est a. u. 698 (Cic. ad Q. fr. 2, 3, 5.) cf. Mommsen R. Staatsr. 2, 1 p. 548 adnot. 3.

Sardiniam obtinuit a. u. 699.

Ascon. argum. in Scaur. p. 16. (M. Scaurus) ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum cetera industria nequaquam esset par. Erat tamen aliquando inter patronos causarum.

Q. Ancharius.

Cic. pro Sestio 53, 113. Fuit conlegium nuper tribunicium, in quo tres minime, vehementer duo populares existimabantur; ex eis qui populares non habebantur, ... duo a populo Romano praetores video esse factos; et ... prae se populus Romanus ferebat sibi illum in tribunatu Cn. Domitii animum constantem et egregium et Q. Ancharii fidem ac fortitudinem. Schol. Bob. in or. pro Sestio l. l. p. 403 Or. Tres autem quos minime populares ait, (intellegere debemus) Cn. Domitium Calvinum et Q. Ancharium et C. Fannium, ex quibus iam duo praetores erant designati; tertius eandem spem sibi honoris pollicebatur, C. Fannius scilicet. cf. in. Vatin. p. 317 Or.

Oratio pro Sestio habita est a. u. 698 Cic. ad Q. fr. 2, 3, 5.

Macedoniam obtinuit a. u. 699.

Cic. in Pison. 36, 89. In oppidum devium Beroeam (Piso) profugisti; quo in oppido cum tibi spe falsa, quod Q. Ancharium non esse successurum putares, animos rumor in-

494

flasset, quo te modo ad tuam intemperantiam, scelerate, innovasti? cf. Cic. ad fam. 13, 40. (scr. Romae a. u. 699) M. Cicero s. d. Q. Anchario Q. f. procos. 698 56

L. Calpurnius Piso (cos. a. u. 696) Macedoniae praefuit a. u. 697 et 698 Cic. in Pison. 16, 38. de prov. cons. 2, 4.

P. Vatinius.

Plut. Cato min. 42. *Ἱρέθησαν μὲν ὕπατοι Πομπήϊος καὶ Κρασσος* (a. u. 699), *οὐκ ἀπέκαμε δὲ ὁ Κάτων, ἀλλ' αὐτὸς προελθὼν στρατηγίαν μετῄει βουλόμενος ὁρμητήριον ἔχειν τῶν πρὸς ἐκείνους ἀγώνων καὶ πρὸς ἄρχοντας ἀντικαθίσταθαι μὴ ἰδιώτης..... Λύθις δὲ πολλῷ χρησάμενοι τῷ δεκασμῷ τοὺς βελτίστους ὤσαντες ἐκ τοῦ πεδίου βίᾳ διεπράξαντο Βατίνιον ἀντὶ Κάτωνος αἱρεθῆναι στρατηγόν.* cf. Plut. Pomp. 52. Cic. ad fam. 1, 9, 19. in Vatin. 16, 39. Liv. Epit. 105. Val. Max. 7, 5, 6. 699 55

T. Annius Milo Papianus.

Cic. pro Milone 25, 68. Tribunatum suum (sc. Milonis) ad salutem meam, quae tibi (Pompei) carissima fuisset, consiliis tuis gubernatum; se a te postea defensum in periculo capitis, adiutum in petitione praeturae.

Milo tribunus pl. fuit a. u. 697 (Cic. ad Q. fr. 1, 4, 3) a Pompeio est defensus a. u. 698 (Dio 39, 19), consulatum in annum u. 702 petivit (Ascon. argum., in Milon. p. 26) praetura ergo a. u. 699 functus est. cf. Nipperdey leges Annales p. 34.

M. Porcius Cato (Uticensis) pr. repetundis. 700 54

Cic. ad Att. 4, 18, 4 (16, 12) (scr. Romae exeunte mense Octobri a. u. 700). Pomptinus volt a. d. IIII Non. Novembr. triumphare: huic obviam Cato et Servilius praetores aperte et Q. Mucius tribunus. Ascon. argum. in Scaurian. p. 16. Ipse (Scaurus) cum ad consulatus petitionem a. d. III Kal. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis a P. Valerio Triario..... postulatur apud M. Catonem praetorem repetundarum. cf. ibid. p. 25. Plut. Cato min. 44. Cic. ad Q. fr.

700
54 3, 1, 5, 15. ibid. 3, 2, 1. ibid. 3, 4, 1. ibid. 3, 4, 6. Val. Max. 3, 6, 7. Gell. N. A. 13, 20 (19), 3.

Siciliam obtinuit a. u. 705.

Caes. b. c. 1, 30 (a. u. 705). Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato, Africam sorte Tubero obtinere debebat e. q. s. cf. Plut. Cato min. 53. Pomp. 61. Cic. ad Att. 10, 16, 3. Dio 41, 41.

Huic aetati numus argenteus attribuendus esse videtur, qui inscriptionem praebet: M. Cato. pro. pr. apud Mommsenum Münzwesen p. 650.

?.. *Domitius (Ahenobarbus).*

Cic. ad Q. fr. 2, 11 (13), 2. (scr. a. d. XVI Kal. Martias a. u. 700) Cognosce nunc Idus: decimus erat Caelio dies; Domitius iudices ad numerum non habuit. cf. Drumann 3 p. 31 n. 8. Mommsen R. Staatsr. 2, 1 p. 548 adnot. 3.

P. Servilius Vatia Isauricus.

Cic. ad Q. fr. 3, 4, 6 (scr. Romae IX Kal. Nov. a. u. 700). Haec scripsi a. d. VIIII Kal. Novembr., ... Pomptino ad triumphum a. d. III. Nonas Novembr. volebam adesse; etenim erit nescio quid negotioli: nam Cato et Servilius praetores prohibituros se minantur, ne quid possint scio; ille enim et Appium consulem (a. u. 700) secum habebit et praetores et tribunos pl. cf. ad Att. 4, 18, 4 (16, 12). cos. 706 = 48.

Ser. Sulpicius Galba.

Dio 39, 65 (a. u. 700). *Κἀν τούτῳ καὶ ὁ Πομπεῖνος ὁ Γάιος τὰ ἐπινίκια τὰ τῶν Γαλατῶν ἔπεμψεν. ἐς γὰρ ἐκεῖνο τοῦ χρόνου, μηδενός οἱ διδόντος αὐτά, ἔξω τοῦ πωμηρίου διέμεινε. καὶ τότε δ'ἂν αὐτῶν ἥμαρτεν, εἰ μὴ ὁ Γάλβας ὁ Σερούιος συστρατευσάμενος αὐτῷ, κρύφα καὶ ὑπὸ τὴν ἕω στρατηγῶν τὴν ψῆφόν τισι, καίπερ οὐκ ἐξὸν ἐκ τῶν νόμων, πρὶν πρώτην ὥραν γενέσθαι, ἐν τῷ δήμῳ τι χρηματισθῆναι, ἔδωκε.* cf. Mommsen Münzwesen p. 645 n. 297.

701
53 *L. Aemilius Paullus.*

Cic. pro Milone 9, 24. P. Clodius cum statuisset omni scelere in praetura vexare rem publicam videretque ita tracta esse comitia anno superiore, ut non multos mensis praeturam gerere

494

posset, qui non honoris gradum spectaret, ut ceteri, sed et L. Paulum conlegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum ad dilacerandam rem publicam quaereret, subito reliquit annum suum seseque in annum proximum transtulit. e. q. s. cos. 704 = 50. 701 53

Clodium praeturam anni 702 petivisse testantur Scholia Bob. ad or. de aere alieno Milonis p. 341 Or.

P. Silius Nerva *Bithyniam obtinuit a. u. 703.* paulo ante 703 51

Cic. ad fam. 13, 61. (scr. in Cilicia a. u. 703) M. Cicero s. d. P. Silio. propr. Pergratum mihi feceris, quoniam non modo reliqui tutores, qui sciunt, quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi persuasit te omnia mea causa facturum esse, si dederis operam, quoad tua fides dignitasque patietur, ut quam primum pecunia Pinnio solvatur Nicaeensium nomine.

Ad eundem scriptae sunt epistola 62, (scr. exeunte anno u. 703), 63 (scr. mense Februario a. u. 704), 64, 65 (scr. exeunte anno 703). cf. ad Att. 6, 1, 13.

Q. Minucius Thermus *Asiam obtinuit a. u. 703—704.*

Cic. ad. Att. 5, 13, 2 (scr. Ephesi a. d. VII. Kal. Sextiles a. u. 703). Tua negotiola Ephesi curae mihi fuerunt, Thermoque, tametsi ante adventum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem et Seium tradidi, Apollonidensem Xenonem commendavi. cf. ad fam. 2, 18 (scr. Laodiceae ineunte mense Maio a. u. 704) M. Cicero imp. s. d. Q. Thermo propraet. Ad eundem scriptae sunt a. u. 703 et 704 epistolae 53—57 libri 13 ad fam. cf. Waddington fastes des prov. Asiat. p. 676.

A. Plotius. 703 51

Cic. ad Att. 5, 15, 1 (scr. Laodiceae a. d. III. Nonas Sextiles a. u. 703). Ius Laodiceae me dicere, cum Romae A. Plotius dicat?

Fortasse idem propr. Bithyniam obtinuit a. u. 705. cf. Cic. ad fam. 13, 29, 4, ubi nominatur A. Plautius. cf. Borghesi oeuvres 2 p. 349.

M. Iuventius Laterensis.

Cic. ad fam. 8, 8, 2. (scr. Romae ineunte mense Octobri a. u.

703
51 703 Caelius Ciceroni). Haec quoque magna nunc contentio forum tenet: M. Servilius postquam, ut coeperat, omnibus in rebus turbarat nec quod non venderet quicquam reliquerat maximaque nobis traditus erat invidia, neque Laterensis praetor postulante Pausania, nobis patronis, 'quo ea pecunia pervenisset', recipere voluit, Q. Pilius, necessarius Attici nostri, de repetundis eum postulavit. cf. Orelli Onom. Tull. 2 p. 328.

ante 704
50 *P. Attius Varus* *Africam obtinuit.*

Cic. pro Ligario 1, 3. Q. Ligarius, cum esset nulla belli suspitio, legatus in Africam [cum] C. Considio profectus est ..... bellum subito exarsit, quod qui erant in Africa ante audierunt geri quam parari, ... interim P. Attius Varus, qui praetor Africam obtinuerat, Uticam venit. Schol. Gronov. in or. pro Ligario p. 414 Or. Quodam tempore Varus in Africa praetor fuerat. cf. Caes. b. c. 1, 31.

C. Considius Africam obtinuit a. u. 704, ante eum Varus huic provinciae praefuit fortasse a. u. 703.

paulo ante 704
50 *C. Considius Longus* *Africam obtinuit a. u. 704.*

Schol. Gronov. in or. pro Ligar. p. 414 Or. Q. Ligarius legatus cum cum Considio fuisset, et profectus Africam, hanc ita administravit, ut, cum Considius ad consulatus petitionem vellet venire Romam, pro se Ligarium faceret. Coepit Ligarius Africam tenere legati iure discedente Considio. Interea evenere bella civilia inter Pompeium et Caesarem. (a. u. 705). cf. Cic. pro Ligario 1, 2.

Bello civili orto Adrumetum quidem tuebatur (Caes. b. c. 2, 23. b. Afr. 53) sed propraetoris imperium usque ad annum u. 708, quo a Gaetulis interfectus est, non habuisse videtur, quod Borghesi (oeuvres 2 p. 151 sq.) contendit, nam a. u. 705 L. Aelius Tubero ex s. c. et lege Pompeia Africam sortitus est. cf. p. 71.

T. Furfanius Postumus *Siciliam obtinuit a. u. 704—705.*

Cic. ad Att. 7, 15, 2 (scr. Capuae a. d. V. Kalendas Februarias a. u. 705). Postumius autem, de quo nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret Furfanioque succederet, negat se sine Catone iturum et suam in senatu operam auctoritatemque

494

magni aestimat. ita res ad Fannium pervenit: is cum imperio in Siciliam praemittitur. paulo ante 704 50

? *M. Nonius Sufenas* *propr. a. u. 704?*

Cic. ad Att. 6, 1, 13 (scr. Laodiceae a. d. VI. Kal. Martias a. u. 704). Thermum, Silium vere audis laudari; valde honeste se gerunt; adde M. Nonium, Bibulum, me si voles. ibid. 8, 15, 3 (scr. Formiis a. d. V. Nonas Martias a. u. 705) Aut cum imperio sunt ut Pompeius, ut Scipio, Sufenas, Fannius, Voconius, Sestius. cf. Plut. Cic. 38.

Cum Thermus et Silius a. u. 704 propraetores fuerint, verisimile est eodem anno etiam Nonium propraetorem provinciae alicui praefuisse. cf. Mommsen Münzwesen p. 625 n. 265.

C. Titius Rufus *pr. urban.* 704 50

Cic. ad fam. 13, 58 (scr. in provincia mense Februario a. u. 704) M. Cicero C. Titio L. f. Rufo pr. urb. sal.

C. Curtius Peducaeanus.

Cic. ad fam. 13, 59 (scr. Laodiceae mense Februario a. u. 704) M. Cicero C. Curtio Peducaeano pr. sal.

M. Aurelius Cotta *Sardiniam obtinuit a. u. 705.* paulo ante 705 49

Caes. b. c. 1, 30 (a. u. 705) Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato. cf. Cic. ad Att. 10, 16, 3, Oros. 6, 15.

Propraetore Cotta hanc provinciam administrasse videtur, praeturae autem ipsius mentio nulla facta est.

L. Aelius Tubero *Africam sortitus est in annum u. 705.*

Caes. b. c. 1, 30 (a. u. 705) Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato, Africam sorte Tubero obtinere debebat. ibid. 31. Tubero cum in Africam venisset, invenit in provincia cum imperio Attium Varum; qui ad Auximum, ut supra demonstravimus, amissis cohortibus protinus ex fuga in Africam pervenerat atque eam sua sponte vacuam occupaverat. ..... Hic venientem Uticam navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet neque adfectum valetudine filium exponere in terram patitur, sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit.

M. Considius Nonianus *Galliam citeriorem sortitus est a. u. 705.*

Cic. ad fam. 16, 12, 3 (scr. a. d. IV. Kal. Februarias a. u. 705).

paulo ante 705
49

Feruntur omnino condiciones ab illo (Caesare), ut Pompeius eat in Hispaniam, dilectus, qui sunt habiti, et praesidia nostra dimittantur; se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniano — his enim obtigerunt — traditurum. ad Att. 8, 11 B. 2. (scr. a. d. XIV. Kal. Martias a. u. 705) Ego omnino, ut proxime tibi (Pompei) placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Teano Sidicino es profectus; volueras enim mecum M. Considio propraetore illa negotia tueri.

Ex his Ciceronis ad Atticum scriptis verbis elucet Considium conditionibus pacis a Caesare quidem oblatis sed ab adversariis non acceptis prohibitum esse provinciam suam ex s. c. delatam obtinere. A. u. 702 apud eum quaesitorem non praetorem, quem fuisse Mommsenus (Münzwesen p. 637 n. 281) et Borghesius (oeuvres 2 p. 151) contendunt, M. Saufeius lege Plautia de vi reus factus est (Ascon. in Milon. argum. p. 49). nuper contra Mommsenus (Staatsrecht 2, 1 p. 548 adnot 1) hunc quaesitorem C. Nonianum fuisse suspicatus est, qui in denario inter a. u. 680 et 704 euso C. Considius Nonianus nominatur, a scriptoribus autem nusquam commemoratur. (Mommsen Münzwesen p. 637 n. 281). incertissimum hoc quidem veriusque mihi etiam M. Considius Nonianus, quem a. u. 705 propraetorem fuisse Cicero testatur, a. u. 702 quaesitor iudicio de vi praefuisse videtur.

C. Fannius *Asiam obtinuit a. u. 705.*

Cic. ad Att. 7, 15, 2. (scr. Capuae a. d. V. Kalendas Februarias a. u. 705) Postumius autem, de quo nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret Furfanioque succederet, negat se sine Catone iturum, et suam in senatu operam auctoritatemque magni aestimat. ibid. 8, 15, 3. (scr. Formiis a. d. V. Nonas Martias a. u. 705). Cum imperio sunt, ut Pompeius, ut Scipio, Sufenas, Fannius, Voconius, Sestius.

In numis cistophoris Ephesinis legitur: ιφε. πς. C. Fan. pont. pr. ἀρχίδημος. idem fere cistophori duo Tralliani et Apamenus unus praebent. numerum in Ephesinis inscriptum πς, nam sic in eis legitur, respondere anno u. 705 Borghesi (oeuvres 2 p. 436 sqq.) et Waddington (Fastes des prov. Asiat. p. 676 sq.) docuerunt. Quod Mommsenus (Münzwesen p. 375) et Waddington l. l. contendunt Fannium praetorem Asiam a. u. 705 obtinuisse, fieri non potuit, quoniam inter octo hac aetate creatos praetores, qui omnes a scriptoribus nobis traditi sunt, C. Fannius non reperitur. S. C. a Josepho

5 494

Antiqu. 14, 16, 15 prolatum ad C. Fannium pr. a. u. 621 referendum esse iam supra dictum est cf. p. 11. paulo ante 705 49

M. Aemilius Lepidus.

Dio 41, 36 (a. u. 705). *Ἐν ὁδῷ δὲ ἔι' ὄντος αὐτοῦ (Καίσαρος) Μάρκος Αἰμίλιος Λέπιδος, οὗτος ὁ καὶ ἐν τῇ τριαρχίᾳ ὕστερον γενόμενος, τῷ τε δήμῳ συνεβούλευσε στρατηγῶν δικτάτωρα τὸν Καίσαρα προχειρίσασθαι καὶ εὐθὺς εἶπεν αὐτὸν παρὰ τὰ πάτρια.* cf. Caes. b. c. 2, 21. 705 49

Hispaniam citeriorem obtinuit a. u. 706.

B. Alex. 59 (a. u. 706). Litteras ad regem Bogudem in Mauretaniam et M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citeriorem mittit, subsidio sibi provinciaeque Caesaris causa quam primum veniret. cf. App. b. c. 2, 48. cos. 708 = 46.

A. Allienus.

Cic. ad Att. 10, 15, 3 (scr. in Cumano a. d. IV. Idus Maias a. u. 705). Allienus autem praetor putabat aliquem, si ego non, ex collegis suis: quivis licet, dum modo aliquis.

Siciliam obtinuit a. u. 707 et 708.

B. Afr. 2 (a. u. 707 exeunte). Deinde Allieno praetori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus praecipit et de reliquo exercitu celeriter imponendo. cf. ibid. 26. ibid. 34 (a. u. 708). Allienus interim proconsul Lilybaeo in navis onerarias inponit legiones XIII et XIIII et equites Gallos DCCC, funditorum sagittariorumque mille ac secundum commeatum in Africam mittit ad Caesarem. cf. Cic. ad fam. 13, 78 et 79. Denarius (apud Mommsenum Münzwesen p. 651) inscriptionem praebet: C. Caesar. imp. cos. iter., A. Allienus. pro. cos.

C. Coponius.

Cic. ad Att. 8, 12 A, 4. (scr. medio mense Februario a. u. 705) (Cn. Magnus procos. s. d. C. Marcello L. Lentulo coss.) De hac re velim nostros certiores faciatis: ego ad P. Lupum et C. Coponium praetores misi, ut se vobis coniungerent et, militum quod haberent, ad vos deducerent. cf. Cic. de divin. 1, 32, 68. Vellei. 2, 83, 3.

705 49 *P. Rutilius Lupus.*

Caes. b. c. 1, 24 (a. u. 705). Pompeius his rebus cognitis, quae erant ad Corfinium gestae, Luceria proficiscitur Canusium atque inde Brundisium ..... L. Manlius praetor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus praetor Tarracina cum tribus. cf. Cic. ad Att. 8, 12 A, 4 (v. C. Coponius pr. a. u. 705 p. 73). Cic. ad Att. 9, 1, 2.

Achaiam obtinuit a. u. 706 legatus Pompei?

Caes. b. c. 3, 55 (a. u. 706). Rutilius Lupus, qui Achaiam missus a Pompeio obtinebat, Isthmum praemunire instituit, ut Achaia Fufium prohiberet. cf. W. A. Zumpt comm. epigr. 2 p. 216.

L. Manlius Torquatus.

Caes. b. c. 1, 24 (a. u. 705). L. Manlius praetor Alba cum cohortibus sex profugit, Rutilius Lupus praetor Tarracina cum tribus. (cf. P. Rutilius Lupus pr. a. u. 705 p. 74). cf. Mommsen Münzwesen p. 641 n. 289. Borghesi oeuvres 1 p. 364 sq. Schwabe Quaestiones Catullianae p. 335 sqq.

C. Sosius.

Cic. ad Att. 8, 6, 1. (scr. in Formiano a. d. VII. Kal. Martias a. u. 705). Obsignata iam ista epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi — nam eam vesperi scripseram — C. Sosius praetor in Formianum venit ad M'. Lepidum, vicinum nostrum, cuius quaestor fuit. cf. ibid. 9, 1, 2.

cos. 722 = 32.

M. Favonius.

Vellei. 2, 53, 1 (a. u. 706). Pompeius profugiens cum duobus Lentulis consularibus Sextoque filio et Favonio praetorio, quos comites ei fortuna aggregaverat ..... Aegyptum petere proposuit.

Cum praeturam anno u. 703 M. Favonium frustra petivisse Caelius ad Ciceronem scripserit (Cic. ad fam. 8, 9, 5), a. u. 706 autem praetorius a Velleio appelletur, praetura eum a. u. 705 functum esse oportet. cf. Drumann 3 p. 438.

6 494

L. Roscius Fabatus. 705 49

Caes. b. c. 1, 3 (a. u. 705). Pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Caesarem, item L. Roscius praetor, qui de his rebus eum doceant. cf. ibid. 1, 8. Cic. ad Att. 8, 12, 2. Dio 41, 5. In denario (apud Mommsenum Münzwesen p. 644 n. 295) legitur: L. Rosci Fabati.

Q. Cassius Longinus Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 706. paulo ante 706 48

B. Alex. 48. Iis autem temporibus, quibus Caesar ad Dyrrhachium Pompeium obsidebat et Palaepharsali rem feliciter gerebat Alexandriaeque cum periculo magno tum etiam maiore periculi fama dimicabat (i. e. a. u. 706), Q. Cassius Longinus in Hispania pro praetore provinciae ulterioris obtinendae causa relictus sive consuetudine naturae suae sive odio, quod in illam provinciam susceperat quaestor ex insidiis ibi vulneratus, magnas odii sui fecerat accessiones e. q. s. Liv. Epit. 111. Propter Q. Cassi praetoris avaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus a partibus Caesaris desciverunt. (optimo iure sic pro codicum lectionibus Cati vel capti vel Catuli a Xylandro coniectum esse e verbis ex b. Alex. libro allatis satis elucet.) cf. Dio 41, 24. App. b. c. 2, 43. Caes. b. c. 2, 21.

C. Vibius Pansa Bithyniam obtinuit a. u. 706—708.

Ex numis Apameae, Nicomediae, Nicaeae cusis C. Vibium Pansam propraetorem Bithyniae provinciae hac aetate praefuisse Borghesi oeuvres 2 p. 349 sqq. luculentissime probavit.

cos. 711 = 43.

? [A. Postumius Albinus Siciliam obtinuit a. u. 706 propr.?]

App. b. c. 2, 48 (a. u. 706) *Ἡγεμόνας τε ἐς τὰ ἔθνη περιέπεμπεν ἢ ἐνήλλαττεν, ἐφ' ἑαυτοῦ καταλέγων, ἐς μὲν Ἰβηρίαν Μάρκον Λέπιδον, ἐς δὲ Σικελίαν Αὖλον Ἀλβῖνον, ἐς δὲ Σαρδὼ Σέξτον Πεδουκαῖον, ἐς δὲ τὴν νεόληπτον Γαλατίαν Δέκμον Βροῦτον.*

? [Sex. Peducaeus Sardiniam obtinuit a. u. 706 propr.?]

App. b. c. l. l.

paulo ante 706 48 ? *[Dec. Iunius Brutus Galliam transalp. obtinuit a. u. 706 propr.?]*

App. b. c. l. l.

Num hi ab Appiano l. l. commemorati provinciarum praesides ex praetura an alio magistratu gesto has provincias acceperint incertum est, sed cum M. Aemilius Lepidus ab Appiano primo loco nominatus postquam anno antecedenti praetura functus est hoc anno proconsul Hispaniam citeriorem administraverit (cf. M. Aemilius Lepidus pr. a. a. 705 p. 73), etiam ceteros ab Appiano relatos ex praetura has provincias obtinuisse verisimile esse videtur; qua de causa eos in hisce fastis praetoriis praetermittendos non esse censui. Bruto quidem non ex praetura sed propter magna in Caesarem merita (Caes. b. c. 1, 57 sq.) haec provincia a dictatore data esse videtur, nam eum a. u. 708 Caesaris legatum in Gallia Bellovacos rebellantes proelio vicisse Liv. Epit. 114 testatur.

706 48 *C. Trebonius pr. urban.*

Caes. b. c. 3, 20. Iisdem temporibus (a. u. 706) M. Coelius Rufus praetor causa debitorum suscepta initio magistratus tribunal suum iuxta C. Treboni, praetoris urbani, sellam collocavit et, si quis appellavisset de aestimatione et de solutionibus, quae per arbitrum fierent, ut Caesar praesens constituerat, fore auxilio pollicebatur. cf. Dio 42, 22.

Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. 707 et 708.

B. Alex. 64. Lepidus eodem tempore (a. u. 707) Marcellusque Cordubam cum suis, Cassius proficiscitur Cremonam. Sub idem tempus Trebonius proconsul ad provinciam obtinendam venit. Cic. ad fam. 15, 21, 2 (scr. mense Decembri a. u. 707) M. Cicero s. d. C. Trebonio. Ut haec recentia, quae meminero semper, obliviscar, ... Brundisium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus esses. Dio 43, 29, 3 (a. u. 708). *Πυθόμενοι οἱ στρατιῶται οἱ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ, τόν τε Σκιπίωνα ἀπολωλότα καὶ τὸν Λίδιον ἐπιπλέοντά σφισι, καὶ φοβηθέντες μὴ διαφθαρῶσι πρὶν τὸν Πομπήιον ἐλθεῖν, οὐκ ἔμειναν αὐτόν, ἀλλὰ Τίτιον τε Κύιντον Σκαπούλαν καὶ Κύιντον Ἀπώνιον ἄνδρας ἱππέας προσιησάμενοι τόν τε Τρεβώνιον ἐξέβαλον καὶ τὸ ἔνθνος τὸ Βαιτικὸν πᾶν συναπέστησαν.*

cos. 709 = 45.

6 494

M. Coelius Rufus. 706
48

Vellei. 2, 68. Dum in acie Pharsalica acri eaque de summa rerum Caesar dimicat (a. u. 706), M. Coelius, ... in praetura novarum tabularum auctor exstitit, nequiitque senatus et consulis auctoritate deterreri, accito etiam Milone Annio, qui non impetrato reditu Iulianis partibus infestus erat, in urbe seditionem, at in agris occulte bellicum tumultum movens, primo summotus a re publica, mox consularibus armis auctore senatu circa Thurios oppressus est. Hieron. chron. ad Abr. ann. 1969. M. Caelius praetor et T. Annius Milo exul oppressi res novas in Thuriano Bruttioque agro simul molientes. cf. Caes. b. c. 3, 20 (v. C. Trebonius pr. a. u. 706 p. 76). Liv. Epit. 111. Dio 42, 22 sq. Quintil. 6, 3, 25. Oros. 6, 15.

Q. Pedius.

Caes. b. c. 3, 22 (a. u. 706). (Milo) quibusdam solutis ergastulis Cosam in agro Thurino oppugnare coepit. Eo cum a Q. Pedio praetore cum legione † † , lapide ictus ex muro periit.

cos. 711 = 43.

P. Sulpicius (Rufus).

Caes. b. c. 3, 101. Isdem fere temporibus (dum apud Pharsalum a. u. 706 pugnatur) Cassius cum classe Syrorum et Phoenicum et Cilicum in Siciliam venit, et cum esset Caesaris classis divisa in duas partes, dimidiae parti praeesset P. Sulpicius praetor Vibone ad fretum, dimidiae M. Pomponius ad Messanam, prius Cassius ad Messanam navibus advolavit quam Pomponius de eius adventu cognosceret e. q. s.

? *Illyricum obtinuit a. u. 708 et 709.*

Sequenti anno u. 708 in Illyrico rem gessit (b. Afr. 10) et imperator a. u. 709 dictus est (Cic. ad fam. 13, 77). atque Sulpicius propraetor provinciae Illyricae praefuisse videtur, cum Cicero in epistola ad eum missa (ad fam. 13, 77, 3) scripserit: Is est in provincia tua: eum et M. Bolanus, meus familiaris, et multi alii Naronae viderunt. quod si recte ex Ciceronis verbis laudatis conclusum est P. Sulpicius hanc provinciam ante P. Vatinium proconsulem (App. Illyr. 13) administravit.

ante 707/47 *(C.) Cosconius.*

Plut. Caes. 51. *Εἰς τοὐπιὼν ἀπατος ὑπεδείχθη (Καῖσαρ* a. u. 707). *καὶ κακῶς ἤκουσεν, ὅτι τῶν στρατιωτῶν στασιασάντων καὶ δύο στρατηγικοὺς ἄνδρας ἀνελόντων, Κοσκώνιον καὶ Γάλβαν, ἐπετίμησε μὲν αὐτοῖς τοσοῦτον, ὅσον ἀντὶ στρατιωτῶν πολῖτας προσαγορεῦσαι.*

Fortasse is C. Cosconius est, qui tribunus pl. a. u. 695 multas leges promulgavit. (Cic. in Vatin. 7, 16.) cf. Dio 42, 52, qui nominibus non datis senatorios viros a militibus interfectos esse refert.

. . *Sulpicius Galba.*

Plut. Caes. l. l.

708/46 *C. Sallustius Crispus.*

Dio 42, 52 (a. u. 707). *Οὗτοι οὖν (στρατιῶται στασιάσαντες) τόν τε Σαλούστιον παρ' ὀλίγον ἀπέκτειναν, στρατηγὸς γὰρ ἐπὶ τῷ τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν ἀπεδέδεικτο.* B. Afr. 8 (a. u. 708) Item (Caesar) C. Sallustium Crispum praetorem ad Cercinam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire iubet. cf. ibid. 34. ibid. 97 (a. u. 708) Caesar interim Zamae auctione regia facta bonisque eorum venditis, qui cives Romani contra populum Romanum arma tulerant, praemiisque Zamensibus, qui de rege excludendo consilium ceperant, tributis vectigalibusque regiis erogatis ex regnoque provincia facta atque ibi Crispo Sallustio proconsule cum imperio relicto ipse Zama egressus Uticam se recepit. cf. Dio 43, 9. App. b. c. 2, 100. (Cic.) in Sallustium controversia 7, 19.

His locis C. Sallustius et a. u. 707 et 708 praetor appellatur, simulque a. u. 708 proconsule eum a Caesare Numidiae provinciae praefectum esse narratur. Cum a Dione iam exeunte anno 707 (nam hoc puncto temporis tumultum a veteranis factum esse App. b. c. 2, 92. Plut. Caes. 51 alii testantur cf. Fischer R. Zeittafeln p. 284) *στρατηγός* appelletur, statuendum nobis est iam exeunte anno u. 707 Sallustium praetorem designatum esse nam initio a. u. 707 praetores nullos creatos esse constat (Dio 42, 27). Tum anno insequenti praetor ad Cercinam insulam missus medio hoc anno — nam Idibus Iun. Caesar Uticae classem conscendit (b. Afr. 98) — proconsulari cum imperio in provincia Numidia relictus est.

46 494

A. Hirtius. 708 46

In numo aureo legitur (apud Mommsenum Münzwesen p. 651): C. Caesar cos. ter A. Hirtius pr. (Caesar cos. III a. u. 708 fuit.) cf. Drumann 3 p. 69 adnot 10.

cos. 711 = 43.

L. Volcacius Tullus.

Cic. ad fam. 13, 14, 1 (scr. a. u. 708). (Cicero Bruto sal.) L. Titio Strabone, equite Romano in primis honesto et ornato, familiarissime utor; omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis: huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius; ea res a Volcacio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est. cos. 721 = 33.

M. Coelius Vinicianus. c. 708 46

C. I. L. 1 p. 187 n. 641. M. Coelio M. f. Viniciano pr. pro cos. tr. pl. q. Opsilia uxor fecit.

M. Coelius tr. pl. fuit a. u. 701 (Cic. ad fam. 8, 4, 3.) aedilitatem anni u. 704 frustra petivit. (Cic. l. l.). Eum post Pharnacem devictum in Ponto Caesar reliquit a. u. 706 (b. Alex. 77). praetura hoc fere tempore functus esse videtur et secundo anno praeturae proconsulari imperio provinciae alicui praefuisse. cf. Mommsen l. l.

C. Caninius Rebilus *propr. a. u. 708.* paulo ante 708 46

B. Afr. 86. (a. u. 708). Postero die divina re facta contione advocata in conspectu oppidanorum milites collaudat totumque exercitum veteranum donavit ... ac statim inde digressus Rebilo proconsule cum tribus ad Thapsum legionibus et Cn. Domitio cum duabus Thisdrae, ubi Considius praeerat, ad obsidendum relictis, M. Messalla Uticam ante praemisso cum equitatu ipse eodem iter facere contendit. ibid. 93. C. interim Vergilius postquam terra marique clausus se nihil proficere intellexit, ... sibi suisque liberis a Caninio proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta seque et sua omnia et oppidum proconsuli tradit. cos. suff. 709 = 45.

Nonius Asprenas *propr. a. u. 708.*

B. Afr. 80 (a. u. 708). Quod postquam Caesari nuntiatum est, milite ab opere deducto, castris praesidio Asprenate proconsule cum legionibus duabus relicto ipse cum expedita copia in eum

paulo ante 708 / 46 locum citatim contendit, classisque parte ad Thapsum relicta reliquas naves iubet post hostium tergum quam maxime ad litus adpelli e. q. s. Consulatu Nonius Asprenas functus non est.

709 / 45 *L. Minucius Basilus.*

Dio 43, 47 (a. u. 709). *Καὶ Λουκίῳ τινὶ Βασσίλλῳ ἡγεμονίαν μὲν ἔθνους οὐδεμίαν καίτοι στρατηγοῦντι ἐπέτρεψε, χρήματα δὲ ἀντ' αὐτῆς πάμπολλα ἐχαρίσατο, ὥστε καὶ ἐπιβόητον αὐτὸν ἔν τε τούτῳ γενέσθαι, καὶ ὅτι προπηλακισθεὶς ἐν τῇ στρατηγίᾳ ὑπ' αὐτοῦ ἀπεκαρτέρησε.*

C. Asinius Pollio.

Vellei. 2, 73, 2. Quem (Sext. Pompeium) senatus, paene totus adhuc e Pompeianis constans partibus, post Antoni e Mutina fugam, eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas provincias decreverat, revocatum ex Hispania, ubi adversus eum clarissimum bellum Pollio Asinius praetorius gesserat (a. u. 710), in paterna bona restituerat et orae maritimae praefecerat.

C. Asinius Pollio tribunus pl. fuit a. u. 707 (Plut. Ant. 9), praeturam igitur nullo alio anno nisi a. u. 709 gessisse potest.

cos. 714 = 40.

710 / 44 *C. Antonius pr. urbanus.*

Dio 45, 9 (a. u. 700). *Τρεῖς γὰρ ἀδελφοὶ οἱ Ἀντώνιοι οὗτοι ὄντες ἀρχὰς ἅμα πάντες ἔσχον, ὁ μὲν Μάρκος ὑπατεύων* (a. u. 710), *ὁ δὲ Λούκιος δημαρχῶν, ὁ δὲ Γάιος στρατηγῶν.* App. b. c. 3, 14 *Ἔνθα (ὁ Καῖσαρ) Γάιον Ἀντώνιον στρατηγοῦντα τῆς πόλεως, ὑπανιάσας, ἔφη δέχεσθαι τὴν θέσιν τοῦ Καίσαρος.* cf. ibid. 3, 2. Plut. Ant. 15. Vellei. 2, 58, 1. Zonar. 10, 13.

Macedoniam eodem anno sortitus est.

Cic. Phil. 3, 10, 26 (a. d. XIII. Kal. Ian. a. u. 711 habita). C. Antonius Macedoniam. hunc quoque felicem! hanc enim habebat semper in ore provinciam. cf. ibid. 7, 1, 3. ibid. 10, 4, 9. Dio 47, 22 sq. App. b. c. 3, 2.

M. Iunius Brutus pr. urban.

Hoc enim anno primum XVI praetores facti sunt, duo praetores urbani Antonius et Brutus (Dio 43, 51).

46 494

Dio 44, 12 (a. u. 710). *Καὶ τέλος τῇ τε τοῦ παλαιοῦ Βρούτου εἰκόνι ἐπέγραψαν 'εἶθε ἔζης' καὶ τῷ τούτου* (sc. M. Iuni Bruti) *βήματι, ἐστρατήγει γὰρ, καὶ βῆμα καὶ τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, ἐφ' οὗ τις ἱζόμενος δικάζει, ὅτι καθεύδεις ὦ Βροῦτε' καὶ 'Βροῦτος οὐκ εἶ'.* cf. ibid. 15. Cic. Phil. 10, 3, 7. Qui (M. Brutus) cum praetor urbis esset, urbe caruit, ius non dixit. cf. ad fam. 11, 2 et 3. Plut. Brut. 7. Caes. 57, 62. Vellei. 2, 58, 1. App. b. c. 2, 112. ibid. 3, 2. ibid. 3, 23. 710 44

C. Cassius Longinus *pr. peregrin.*

Vellei. 2, 58, 1. Quo anno id patravere facinus (sc. Caesarem dictatorem interfecerunt coniurati) Brutus et Cassius praetores erant, D. Brutus consul designatus. Plut. Brut. 7. (Certamine inter Brutum et Cassium ob praeturam urbanam gerendam narrato sic pergit) *Ἀπεδείχθη δὲ Κάσσιος ἐφ' ἑτέρᾳ στρατηγος οὐ τοσοῦτον εὐνοίας ἔχων ὅτ' ἣν ἔλαβεν, ὅσον ὀργῆς ὧν ἀπέτυχε. Βρούτος δὲ καὶ τἆλλα μετεῖχε τῆς Καίσαρος δυνάμεως ὅσον ἐβούλετο.* cf. ibid. Caes. 57. Cic. ad fam. 11, 2 et 3. App. b. c. 2, 112. Zon. 10, 11. Dio 44, 14 et 15. cf. 47, 20, ubi contra ceterorum scriptorum auctoritatem Dio errore perductus Cassium urbanam praeturam gessisse refert.

L. Cornelius Cinna.

App. b. c. 2, 121. (Caesare interfecto) *Ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσι πρῶτος ἐπιφαίνεται Κίννας στρατηγὸς, οἰκεῖος ὢν ἐξ ἐπιγαμίας τῷ Καίσαρι κτλ.* ibid. 126. *Πλησιαζούσης δὲ τῆς ἡμέρας οἵ τε ἄλλοι βουλευταὶ συνέθεον εἰς τὸ τῆς γῆς ἱερὸν καὶ Κίννας ὁ στρατηγός.* cf. Cic. Phil. 3, 10, 26. Plut. Brut. 18. Val. Max. 9, 9, 1. Dio 44, 50. Zonar. 10, 12.

? L. Cornelius Lentulus.

Cic. Phil. 3, 10, 25 (habita a. d. XIII. Kal. Ianuarias a. u. 711). Familiarissimus eius, mihi homo coniunctus, L. Lentulus et P. Naso, omni carens cupiditate [nullam se habere provinciam], nullam Antonii sortitionem fuisse indicaverunt; quod idem fecit L. Philippus, vir patre, avo maioribusque suis dignissimus; in

710
44 eadem sententia fuit homo summa integritate atque innocentia C. Turranius; idem fecit Sp. Oppius; ipsi etiam, qui amicitiam M. Antonii veriti plus ei tribuerunt quam fortasse vellent, M. Piso, necessarius meus, et vir et civis egregius, parique innocentia M. Vehilius, senatus auctoritati se obtemperaturos esse dixerunt. quid ergo de L. Cinna loquar?

? *P. Naso.*

Cic. Phil. l. l.

? *L. Marcius Philippus.*

Cic. l. l. cf. Mommsen Münzwesen p. 641 n. 290.

? *C. Turranius.*

Cic. Phil. l. l.

? *Sp. Oppius.*

Cic. Phil. l. l.

? *M. Calpurnius Piso.*

Cic. Phil. l. l.

? *M. Vehilius.*

Cic. Phil. l. l.

? *C. Cestius.*

Cic. Phil. l. l.

? *C. Calvisius* *Africam sortitus est.*

Cic. Phil. 3, 10, 26. C. Calvisius Africam nihil felicius! modo enim ex Africa decesserat et quasi divinans se rediturum duos legatos Uticae reliquerat.

? *M. Cusinius* *Siciliam sortitus est.*

Cic. Phil. 3, 10, 26. Deinde M. † Cusini Sicilia, Q. Cassii Hispania. non habeo quid suspicer: duarum credo provinciarum sortis minus divinas fuisse.

? *Q. Cassius* *Hispaniae alteram partem sortitus est.* 710 44

Cic. Phil. l. l.

Incertum est num hi omnes praetores hoc anno fuerint, quibus sortiente M. Antonio provinciae obtigerunt; sed eos silentio non praetereundos esse censui.

C. *Toranius.* ante 711 43

Oros. 6, 18. Lepido satisagente Caesar Antonium recepit in gratiam atque ob fidem reconciliatae gratiae filiam eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad urbem accessissent ac rumor de futura proscriptione ortus esset, C. Thoranius, vir praetorius, nihil tale metuens, incursu militum domi suae interfectus est. (a. u. 711). cf. App. b. c. 4, 18. Val. Max. 9, 11, 5.

Quaestor a. u. 681 fuit. cf. P. Varinius Glaber pr. p. 42.

L. Statius Murcus. paulo ante 711 43

Vellei. 2, 69, 2. (a. u. 711) Et C. Cassius, acceptis a Statio Murco et Crispo Marcio, praetoriis viris imperatoribusque, praevalidis in Syria legionibus, inclusum Dolabellam, qui praeoccupata Asia in Syriam pervenerat, Laodiceae, expugnata ea urbe interfecerat, ... et decem legiones in eo tractu sui iuris fecerat. cf. Cic. Phil. 11, 12, 30, ubi proconsul appellatur.

Q. Marcius Crispus.

Vellei. l. l. Cic. Phil. 11, 12, 30 (habita mense Mart. a. u. 711). Censeo ..... senatui placere C. Cassium pro consule provinciam Syriam obtinere, ut qui optimo iure eam provinciam obtinuerit, eumque a Q. Marcio Crispo proconsule, L. Statio Murco pro consule, A. Allieno legato exercitus accipere eosque ei tradere e. q. s.

C. Annius Cimber.

Cic. Phil. 13, 12, 26 (habita a. d. XIII Kal. Apriles a. u. 711). Praetorii Philadelphus Annius et innocens Gallius. cf. Pauly Realencyclopädie I, 1² p. 1023 n. 29.

paulo ante 711/43 *M. Gallius.*

Cic. Phil. l. l. cf. Orelli Onom. Tull. 2 p. 268.

C. Iulius Caesar Octavianus Augustus *propr. a. u. 711.*

Cic. Phil. 14, 8, 22. Ex litteris enim C. Pansae A. Hirtii consulum (a. u. 711), C. Caesaris pro praetore, de honore dis immortalibus habendo sententias dicimus. cf. ibid. 14, 37. ibid. 5, 16, 45. Vellei. 2, 61, 3. Liv. Epit. 118. Suet. Aug. 10.

Hoc anorum spatio, quod tractavimus, etiam hi praetura functi esse videntur, certis vero annis attribui non possunt:

M. Popilius Laenas.

Val. Max. 8, 1 amb. 1. Apud M. Popilium Laenatem quaedam quod matrem fuste percussam interemerat causam dixit.

Fortasse idem, qui a. u. 615 consulatu functus est?

C. Ateius Capito.

Tac. Annal. 3, 75. Obiere eo anno viri inlustres Asinius Saloninus ..... et Capito Ateius, de quo memoravi, principem in civitate locum studiis civilibus adsecutus, sed avo centurione Sullano, patre praetorio. tr. pl. a. u. 699. Dio 39, 32. Plut. Crass. 16.

L. Aelius Lamia.

Plin. H. N. 7, 53, 173. Aviola consularis in rogo revixit et quoniam subveniri non potuerat praevalente flamma vivus crematus est. Similis causa in L. Lamia praetorio viro traditur; nam C. Aelium Tuberonem praetura functum a rogo relatum Messala, Rufus et plerique tradunt.

C. Aelius Tubero.

Plin. H. N. l. l.

M. Cispius.

C. I. L. 1. p. 185 n. 361. M. Cispius L. f. pr.

M. Cispius tr. pl. a. u. 697 (Cic. pro Sestio 35, 76 post red. in senatu 8, 21) ambitus condemnatus ad praeturam non pervenit, nisi

forte Caesar eum restituit. Aetas igitur huius tituli prorsus incerta. Mommsenus l. l.

P. Licinius Murena.

Cic. pro Murena 7, 15. Et proavus L. Murenae et avus praetor fuit.

P. Licinius Murena.

Cic. pro Murena l. l. cf. Drumann 4 p. 184 n. 1 et 2.

L. Naevius Surdinus pr. peregrin.

Gruter 441, 1. L. Naevius L. f. Surdinus pr. inter civis et peregrinos. cf. Helbig Rh. Mus. 24 p. 480.

M'. Sergius.

C. I. L. 1 p. 273 n. 1486. M'. Sergi M. f. pro cos. XXI.

Tempus quo Sergius proconsul Hispaniae citerioris fuerit incertum, sed scripturam 'Sergi' indicium remotae aetatis esse adnotat Mommsenus l. l. Consul huius nominis nullus fuit; unde sequitur M'. Sergium Hispaniam citeriorem rexisse praetorem pro consule.

C. Servilius.

Cic. divin. in Q. Caecil. 19, 63. L. Philoni (quaestori) in C. Servilium (praetorem suum) nominis deferendi potestas (non) est data. cf. Pseudo-Ascon. in l. l. p. 123 Or. Mommsen Münzwesen p. 536.

? *L. Titius.*

Val. Max. 8, 3, 1. Maesia Sentinas rea causam suam L. Titio praetore iudicium cogente maximo populi concursu egit.

? .. *Titius.*

Plin. H. N. 31, 8, 11. Lacu Alphio vitiligines tolli Varro auctor est Titiumque praetura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium.

INDEX ALPHABETICUS.

	pag.
M'. Acilius Glabrio	44
L. Aelius Lamia	84
C. Aelius Tubero	84
L. Aelius Tubero	71
M. Aemilius Lepidus	31
M. Aemilius Lepidus	73
L. Aemilius Paullus	68
M. Aemilius Scaurus	13
M. Aemilius Scaurus	66
T. Albucius	17
A. Allienus	73
T. Ampius Balbus	63
Q. Ancharius	27
Q. Ancharius	66
C. Annius Cimber	83
T. Annius Milo Papianus	67
.. Antistius Vetus	46
C. Antonius	80
M. Antonius	18
Q. Antonius Balbus	30
M. Antonius Creticus	40
C. Antonius Hybrida	49
L. Appuleius Saturninus	61
C. Aquilius Gallus	50
Q. Arrius	41
C. Asinius Pollio	80
Cn. Asinius Pollio	34
C. Ateius Capito	84
M. Atilius	6
.. (Atilius) Serranus	8
M. Attius Balbus	59
C. Attius Celsus	51
P. Attius Varus	70
Cn. Aufidius	17
T. Aufidius	45
Cn. Aufidius Orestes	35
L. Aurelius Cotta	23
L. Aurelius Cotta	44
M. Aurelius Cotta	71
.. Bellienus	47
L. Bellienius	16
.. Burrienus	28
C. Caecilius Cornutus	64
L. Caecilius Metellus	44
M. Caecilius Metellus	46
C. Caecilius Metellus Caprarius	14
Q. Caecilius Metellus Celer	52
Q. Caecilius Metellus Creticus	43
Q. Caecilius Metellus Macedonicus	7
Q. Caecilius Metellus Nepos	59
Q. Caecilius Metellus Pius	25
L. Caecilius Rufus	63
M. Caesius	39
M. Calidius	64
Q. Calidius	33
M. Calpurnius Bibulus	55
.. Calpurnius Piso	6
.. Calpurnius Piso	11
C. Calpurnius Piso	45
M. Calpurnius Piso	82
L. Calpurnius Piso Caesoninus	58
L. Calpurnius Piso Frugi	15
L. Calpurnius Piso Frugi	40
C. Calvisius	82
C. Caninius Rebilus	79
C. Carrinas	30
L. Cassius	23
P. Cassius	50
Q. Cassius	83
C. Cassius Longinus	81
L. Cassius Longinus	16
Q. Cassius Longinus	75
C. Cestius	82
M. Cispius	84
M. Claudius	10
C. Claudius Marcellus	33
C. Claudius Nero	32
Ap. Claudius Pulcher	25
Ap. Claudius Pulcher	63
C. Claudius Pulcher	21
(C.) Claudius Pulcher	41
C. Claudius Pulcher	65
.. Claudius Unimanus	8
C. Coelius	24
P. Coelius	40
C. Coelius Caldus	20
M. Coelius Rufus	77
M. Coelius Vinicianus	79
C. Considius Longus	70
M. Considius Nonianus	71
C. Coponius	73
L. Cornelius Cinna	24
L. Cornelius Cinna	81
Cn. Cornelius Dolabella	31

	pag.
L. Cornelius Dolabella	20
P. Cornelius Dolabella	46
.. Cornelius Lentulus	11
L. Cornelius Lentulus	55
L. Cornelius Lentulus	81
P. Cornelius Lentulus	5
Cn. Cornelius Lentulus Clodianus	60
L. Cornelius Lentulus Crus	62
Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus	61
P. Cornelius Lentulus Spinther	58
P. Cornelius Lentulus Sura pr. I.	39
P. Cornelius Lentulus Sura pr. II.	53
Cn. Cornelius Scipio Hispanus	10
L. Cornelius Scipio Nasica	21
L. Cornelius Sisenna	34
L. Cornelius Sulla	21
M. Cornutus	24
C. Cosconius	54
(C.) Cosconius	78
M. Cosconius	11
C. Curtius Peducaeanus	71
M. Cusinius	82
P. Decius	14
T. Didius	19
.. Domitius (Ahenobarbus)	68
L. Domitius Ahenobarbus	20
L. Domitius Ahenobarbus	32
L. Domitius Ahenobarbus	61
Cn. Domitius Calvinus	65
.. Fabius	12
C. Fabius Hadrianus	28
C. Fabius (Hadrianus)	61
Q. Fabius Maximus	7
Q. Fabius Maximus	13
C. Fannius	11
C. Fannius	72
M. Fannius	32
M. Favonius	74
T. Flaminius	17
L. Flavius	62
M. Fonteius	37
.. Fufidius	32
Q. Fufius Calenus	60
T. Furfanius Postumus	70
L. Furius	37
P. Gabinius	25
M. Gallius	84
Q. Gallius	51
L. Gellius Poplicola	39
A. Hirtius	79
L. Hortensius	29
Q. Hortensius	43
L. Hostilius Mancinus	8
L. Hostilius Tubulus	9
.. Iulius Caesar	27
C. Iulius Caesar	27
C. Iulius Caesar	55

	pag.
C. Iulius Caesar Octavianus Augustus	84
Sex. Iulius Caesar	13
M. Iuncus	38
.. Iunius Brutus	26
D. Iunius Brutus	76
D. Iunius Silanus	19
D. Iunius Silanus Manlianus	9
L. Iunius Brutus Damasippus	29
M. Iunius	48
M. Iunius Brutus	80
M. Iunius Silanus	36
P. Iuventius	6
M. Iuventius Laterensis	69
C. Laelius Sapiens	8
L. Licinius Crassus	20
M. Licinius Crassus	12
P. Licinius Crassus	64
M. Licinius Crassus Dives	43
L. Licinius Lucullus	18
L. Licinius Lucullus	35
L. Licinius Lucullus	47
C. Licinius Macer	49
L. Licinius Murena	28
L. Licinius Murena	50
P. Licinius Murena	85
P. Licinius Murena	85
.. Licinius Nerva	9
(P.) Licinius Nerva	17
C. Licinius Sacerdos	38
M. Livius Drusus	15
.. Manilius	6
.. Manlius	11
Cn. Manlius	43
L. Manlius	34
L. Manlius Torquatus	74
Q. Marcius Crispus	33
L. Marcius Philippus	60
L. Marcius Philippus	82
Q. Marcius Rex	9
C. Marius	15
M. (C.) Marius Gratidianus pr. I	27
M. (C.) Marius Gratidianus pr. II	30
C. Memmius	62
L. Minucius Basilus	80
M. Minucius Thermus	31
Q. Minucius Thermus	69
P. Mucius Scaevola	10
Q. Mucius Scaevola	13
Q. Mucius Scaevola	20
.. Mummius	6
M. Mummius	45
L. Naevius Surdinus	85
P. Naso	82
C. Nigidius	8
P. Nigidius Figulus	62
.. Nonius Asprenas	79

	pag.
M. Nonius Sufenas	71
Sex. Nonius Sufenas	31
C. Norbanus Bulbus	26
C. Octavius	58
L. Opimius	12
Sp. Oppius	82
P. Orbius	51
C. Orchivius	50
C. Papirius Carbo	29
C. Papirius Carbo	33
C. Papirius Carbo	57
M. Papirius Carbo	15
Q. Pedius	77
Sex. Peducaeus	35
Sex. Peducaeus	75
M. Perperna	30
C. Plautius	7
L. Plautius Hypsaeus	11
A. Plotius	69
Cn. Pompeius Strabo	22
Q. Pompeius Rufus	23
Q. Pompeius Rufus	52
Sex. Pompeius	14
M. Pomponius	5
C. Pomptinus	53
M. Popilius Laenas	84
P. Popilius Laenas	11
L. Porcius Cato	22
M. Porcius Cato (Uticensis)	67
L. Postumius	24
A. Postumius Albinus	5
A. Postumius Albinus	75
Q. Publicius	48
M. Pupius Piso Calpurnianus	45
Sex. Quinctilius (Varus)	64
.. Quinctius	9
L. Roscius Fabatus	75
L. Roscius Otho	54
.. Rubrius	47
L. Rutilius Lupus	74
C. Sallustius Crispus	78
A. Sempronius Asellio	24
C. Sempronius Tuditanus	12
C. Sentius	25
C. Septimius	64
M.' Sergius	85
L. Sergius Catilina	47
Q. Sertorius	29
.. Servilius	26
C. Servilius	18
C. Servilius	23
C. Servilius	85
Q. Servilius Caepio	16
C. Servilius Glaucia	19
P. Servilius Globulus	52
P. Servilius Vatia Isauricus	24
P. Servilius Vatia Isauricus	68
.. Sextilius	46
P. Sextilius	26
C. Sextius Calvinus	17
P. Silius Nerva	69
C. Sosius	74
L. Statius Murcus	83
.. Sulpicius Galba	78
Ser. Sulpicius Galba	6
Ser. Sulpicius Galba	16
Ser. Sulpicius Galba	68
C. Sulpicius (Gallus)	54
P. Sulpicius (Rufus)	77
Ser. Sulpicius Rufus	51
. Terentius Varro	35
M. Terentius Varro Lucullus	36
.. Titius	85
L. Titius	85
C. Titius Rufus	71
C. Toranius	83
C. Trebonius	76
Cn. Tremellius	5
M. Tullius Cicero	49
Q. Tullius Cicero	55
C. Turranius	82
C. Valerius Flaccus	21
C. Valerius Flaccus	28
L. Valerius Flaccus	10
L. Valerius Flaccus	16
L. Valerius Flaccus	26
L. Valerius Flaccus	27
L. Valerius Flaccus	52
M. Valerius Messalla	57
Q. Valerius Orca	64
P. Varinius Glaber	42
P. Vatinius	67
M. Vehilius	82
C. Vergilius	56
C. Verres	39
C. Vetilius	7
T. Vettius (Sabinus)	60
C. Vibius Pansa	75
Q. Voconius Naso	59
L. Volcacius Tullus	79
L. .... onius	16

BEROLINI APUD WEIDMANNOS (I. REIMER).

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE (OTTO FRANCKE), BEROLINENSIS.

This book is a preservation photocopy
produced on Weyerhaeuser acid free
Cougar Opaque 50# book weight paper,
which meets the requirements of
ANSI/NISO Z39.48-1992 (permanence of paper)

Preservation photocopying and binding
by
Acme Bookbinding
Charlestown, Massachusetts
1994

3 2044 013 546 494